



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Flavii Vopisci Syracusii Divus Aurelianus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](#)

fc AD.305

414 FLAVII VOPISCI SYRACUSII

stet, neque Trajanum, neque Antoninos, neque
quemquam alium principem sic amatum.

Jan⁹
1939

FLAVII VOPISCI SYRACUSII
DIVUS AURELIANUS.

1. ² HILARIBUS, quibus ³ omnia festa & fieri debere
scimus & dici, impletis solennibus, ⁴ vehiculo
suo

CASAUBONIUS.

FLAVII Vopisci.] Tandem è sale-
brosis & præruptis locis emer-
sus: sic jure appellaverim plerosque
præcedentium auctorum libros, si
cum sequentibus Vopisci comparen-
tut. in illorum plerisque omnia per-
turbata, indigesta, confusa, mera de-
nique mapalia: hic temporum re-
rumque series diligentius & con-
stantius servata nihil admodum a-
lieno loco positum, omnia fere
στρατηγούντες; sive ea fuit
auctoris major diligentia, sive scri-
ptorum ejus felicitas; quæ correctio-
rum manus minus iniquas sint ex-
perti, nam alienâ culpâ, non aucto-
rum, multa in superioribus legi ho-
die perperam digesta satis ante pro-
babimus. Magna igitur gratia istis li-
brorum tortoribus: qui ab hoc saltē
auctore sibi temperarunt. Porro Vo-
piscus olim prænomen erat, quo usi
multi in Julia præsertim gente: hic
est cognomen: & ita in antiquissi-
mis Reipublicæ Fastis sepe, mox à
pulsis regibus. patriam Vopisci vox
adjecta indicat, *Syracusius*. Fuit hic
quoque scriptor cæteris hujus corpo-
ris *στρατηγούς*: vixit enim imperanti-
bus Diocletiano & Maximiano. Ce-
pit hand historiam scribere post an-
num imperii illorum Augustorum o-
ctavum, qui habuit Coss. Tiberia-
num II. & Dionem Cassium. nam
in horum consulatum incidere urbis
præfecturam Tiberiani, de quo me-
minit Vopiscus in præfatione operis,

constat è Fastorum fragmento quod
Cuspinianus publicavit. Sed non sta-
tim operi se accinxit: nam cum hanc
vitam scribebat, jam factus erat Cæsar
Constantius, quem Vopiscus etiam
imperatorem appellat. Ex fine Probi
apparet singulos libros separatim &
scriptos & editos. Librum de Caro,
Numeriano & Catino compositum
quo tempore Maximianus Cæsar in
Oriente bellum contra Persas gera-
bat. Avum habuit Diocletiano mag-
na familiaritate junctum, & in mili-
tia diu versatum, ut ex variis locis
horum librorum apparat. religione
fuit paganus Vopiscus, ut omnes cæ-
teri. Videtur autem cum separatim
suos libros ederet, variis amicis eos
nuncupasse. Probi vita ad Celsum
missa: liber qui quadrigam tyranno-
rum continet, ad Bassum. cæteri ad
alios quos sape auctor affatur, sed
hodie desiderant eorum nomina,
quæ auctor sine dubio in singulorum
librorum fronte prænotaverat. Errant
qui Julio Capitolino hunc librum
tribuunt, ut Robertus Bononiensis.

2. HILARIUS.] Matri dñm. plu-
ra de his ad Lampridii Alexandrum
Severum.

4. Vehiculo suo me & judiciali carpen-
to p.] E. N. dñm. nam carpentum
non aliud est quam vehiculum. judi-
ces, id est magistratus honoratiobus
vehiculis usos ex his scriptoribus, a-
liisque, & maxime ex libris juris no-
tum est.

2 Hila-

SALMASIUS.

2 Hilaribus quibus omnia festa & fieri debere scimus & dici.] Hilaria matris Deum heic intelligenda sunt. male enim dubitavit vir eruditissimus in notis ad Alexandrum Severum, utrum γενικῶς an ἴδιως hoc loco Hilaria accipi deberent. Latini nusquam Hilaria γενικῶς usurparunt, nec ita appellarunt omnem diem sive privata, sive publica festivitate sollemnem, sed eum solum peculiari appellatio ne sic nominarunt, qui matri Deum & Attini sacer erat, quo finita catabasi & simulatione luctus peracta τέλος οὐρανοῖς & latitiae exordium celebabant. hinc illum diem Hilaria vocaverunt. multa enim per illam solemnitatem jocosa siebant ac dicebantur. hoc est quod heic ait Vopiscus, Hilaribus quibus omnia festa & fieri debere scimus & dici. nam passim omnibus, quomodounque vellent, ludendi jocandique licentia permissa, quas cuique libitum erat personas indebant, atque ita per urbem incedebant. Herodianus lib. I. ἡρόδοτος ἐπίσης ἔτες, ἀρχομένης ἡμέρας μῆτρι Διών πομπὴν τελεῖται Ρωμαῖοι & πάντες ὅσσα περὶ ἑγένεσις απέτιστα σύμβολα κειμένηα τε βασιλέων καὶ ἄλλας περὶ τέχνης τελέματα τὸ Διών περιπομπῆς. ἀντέτοι τε πᾶσι δέδοται ἑξεστία παιδεύουσι παιδιά. ἕκαστος τε ὁ βάλεται χῆμα ταυτεῖν). Græci iliacas & χαρρούσια quilibet diem festum vocant, Latini vero hilaria de festo tantum matris Deum dicunt.

3 Omnia festa & fieri debere scimus & dici.] Hoc est quod dixit Herodianus: ἀντέτοι τε πᾶσι δέδοται ἑξεστία παιδεύουσι παιδιά. repetto doctissimum virum in superioribus festa verba censuisse mutanda in fausta apud Capitolinum. perperam. festa verba sunt quæ diem festum decent, bona scilicet verba, & fausta, & boni ominis. sic hoc loco festa dicere & facere. ubi festa dicta factave sunt jocosa & festiva, & qualia festo hilarique die

dici fierique conveniat. sic festos homines jocosos & hilares dicebant. quos Græci καλημέρας, Latini festos, & festi diei homines appellabant. Donatus ad illud Terentii, ὁ festus dies hominis, pro, homo festi diei. sic dicitur etiam scelus homo. Ennius, ὁ pietas animi. καλας enim γένεσις Græci festos dies vocant, ut Latini bonus dies: nam bonus dies, pro festo. nunquam enim Saturnalia, Liberalia, Hilaria, & ejusmodi alios dies festos nominabant veteres, quin adderent, bonum diem. ut, Saturnalibus bono die: Liberalibus bono die: Hilaribus bono die. Plautus in Poenulo:

— tum tu igitur die bono Aphrodisiis
Addice tuam mihi meretricem minuscaram.

item alibi, Aphrodisiis bono die. Catullus:

Saturnalibus, optimo dierum.

hinc καλήμερας Græci homo festus, & festi diei, qui libenter genio indulget, & sibi amicisque morem gerit, festivus & hilarius. in Græco epigrammate:

οἱ περιστελέπτων σε γίνεται καλήμερας.
reliqua non memini. contra μισθητήμερα dicebantur homines odiosi morosique, qui nec sibi nec aliis bene facerent, tristes & severi, geniique sui defraudatores: & hanc vocem nos restituimus apud Donatum doctissimum Terentii enarratorem in Adelphis ad illud. Scilicet ita tempus fert, sciendum est: vide, inquit, si non hoc sit, quod Græci πανοκαλήμερα vocant. nam, scilicet, ita tempus fert, & faciendum, dico, offendit se magis cogi necessitatibus, ut paulo sit tranquillior. & cum tanta difficultate promittit, tanquam mala subiturus sit: atque adeo maiorem partem disputat, necessario velit nolit hoc faciendum esse ut sit letior. & paulo post: Faciandum est, sati mire: tanquam necessitate cogatur ad gaudendum agrestis senex, & μισθητήμερος. ex quibus erudit Grammatici verbis apparer quo sensu Græci hominem καλήμερον & μισθητήμερον appellant. hos autem homines & omnis latitiae, & dierum festorum

*ultimorum
Valerianos
Hortos*
 suo me & judiciali carpento præfectus urbis vir illistris ac præfata reverentia nominandus, Junius Tiberianus accepit. Ibi quum animus à causis atque à negotiis publicis solutus ac liber vacaret, sermonem multum à Palatio usque ad hortos Valerianos instituit: & in ipso præcipue de vita principum. Quumque ad templum Solis venissemus, ab Aureliano principe consecratum, quod ipse non nihil ex ejus origine sanguinem duceret, quæsivit à me quis vitam ejus in literas retulisset. Cui ego quum respondissem, neminem à me Latinorum, Græcorum aliquos lectitatos, dolorem gemitus sui vir sanctus per hæc verba profudit: *Ergo Thersitem, Simonem, ceteraque illa prodigia vetustatis, & nos bene scimus, & posteri frequentabunt: divum*
Aure-

rum osores Graci Δημοφερέως etiam dicunt, à diebus malis & infaustis, quæ iisdem dicuntur ἀποφερέως.
 Alianus in epistolis de homine illi Terentiano Demeæ perquam simili: σὺ τὸ διπλεῖδαν Διοφέρεις οὐδὲν, κατεύθυντος οὐ πονησάς τὸ τρόπον. vide locum, & epistolam totam lege.

4 *Vehiculo suo me, & judiciali carpento.*] *Vehiculum nomen est generale, carpentum species vehiculi. vehiculum igitur carpentario, & vehiculum rhedarium pro carpento & rheda.* Trebellius in Zenobia: *usa vehiculo carpentario, raro pilento.* sic vehicularium rhedarium dixit Capitolinus, artifice, qui vehicula rhedaria conficit. quo loco nihil murandum est sic non satis habuit vehiculum dicere hoc loco Vopiscus, carpentum addidit. sic plane leg unica Cod. de honorat vehiculis omnes honorari seu civili-
 lim seu militarium dignitatum vehiculis dignitaris sue, *hoc est crucis intra urbem utatur. quominus mirandum, sic esse locutum Vopiscum.* nec est figura *τὸ διπλεῖδαν carpentum igitur hono- ratorum vehiculum quod ansam præbuit Isidoro, talem illius vocis o-*

rigationem comminiscendi: car- penum vehiculi genus est, quasi carum pompaicum. ita enim ex vetere libro emendamus.

GRUTERUS,

I. A Palatio usque ad hortos Valeria- nos instituit.] Pal. Varianos.

SALMASIUS.

I. A Palatio usque ad hortos Valeria- nos.] Hortos Valerianos nullos Romæ novi. nec alium scio, cui sint noti. Varianos hortos pro Valerianis hec agnoscit Palatinus: qui eti non magis mihi sint cogniti, quam illi Vale- riani, veriore tamen eam scripturam existimo, ut Variani horti no- men acceperint à Vario Heliogabalo. de quibus tamen nihil legi. sic Ther- me Variane in veteri inscriptione, ab illo Vario

2 Et in ipso præcipue de vita Principi- um.] Quid in ipso? an sermone? ita est. legendum igitur: & in eo præcipue de vita Principi. sic vet ed. & Pa- lat. melius tamen sic diceret: multum sermone à Palatio usque ad hortos Valerianos instituit, & eum præcipue de si- ta Principi.

I. Ephe-

Aurelianum, clarissimum principem, severissimum imperatorem, per quem totus Romano nomini orbis est restitutus, posteri nescient? Deus avertat hanc amentiam. Et tamen, si bene novi, ¹ ephemeridas illius viri scriptas habemus, etiam bella charactere historico digesta, quæ velim accipias, & per ordinem scribas, additis quæ ad vitam pertinent. Quæ omnia ex libris linteis in quibus ipse quotidiana sua scribi præceperat, pro tua sedulitate condisces. ² Curabo autem ut tibi ex Ulpia bibliotheca & libri lintei proferantur. Tu velim Aurelianum ita ut est, quatenus potes, in literas mittas. ³ Parui ipse quidem præceptis: accepi libros Græcos, & omnia mihi necessaria in manum

CASAUBONUS.

¹ Ephemeridas illius viri scriptas habemus.] Variorum principum ephemerides laudantur antiquis scriptoribus, ut ad librum secundum Suetonii alias notavimus: quorundam in his libris, ut Aureliani hic: Gallieni supra à Trebellio Polione, quæ à Pafurio Sura fuerant scriptæ. Probi Ephemeriadem composuerat Turdulus Gallicanus.

² Curabo autem ut tibi ex Ulpia bibliotheca & libri lintei proferantur.] Vide initio Probi, ubi libros recentes Vopiscus quibus in scribendis hisce viatis fuit adjutus. De libris linteis habes multa apud Livium: sed lege imprimis epistolam xxxiv. libri quarti epistolarum Symmachi. librorum æris & linteorum meminit Hygenus de limitibus agrorum.

SALMASIUS.

³ Parui ipse quidem præceptis.] De sinceritate hujus lectionis ut dubitem, facit varietas scripturæ, quæ in vet. editione, & Pal. reperitur: nam hic quidem habet: parvimi piane præceptis. illa vero: parvum ipse qui me præceptis. forte scribendum: parvi Valeriani præceptis. accepi libros Græcos, &c. Sed proprius esset ad scripturam veterem si legeretur: parvi, mi Piane, præ-

ceptis. Pianus & Piarius nomina Romana, à Pius deducta. Pianus igitur amici nomen cui hunc librum dedicavit Vopiscus. & sane ad amicum quandam scripsisse hunc librum potest etiam ex eo probari, quod ad finem hujus vitæ scribitur: & queritur quidem quæ res malos principes faciat. jam primum, mi amice, licentia: deinde rerum copia. ita enim ibi legendum ex veteri libro, ad locum docebimus. sic in libro vita Probi, Celsum quemdam, sive Celsinum alloquitur: quorsum hæc pertineant mi. Celsine fortassis requiris. quæ omnia satis sunt confirmandæ conjectura nostræ. emendandus etiam in re simili Frontinus de re agraria: at postquam primum hosticam terram intravimus, statim, Celsè, Cæsaris nostri opera mensurarum ratione exercere cœpi. vulgo legitur: statim celsi Cæsarū nostri nec defuerunt emendatores, quorum alii, cœlestis Cæsaris nostri: alii cœlestia Cæsaris nostri opera. omnes frustra fure. ad Celsum enim liber ille Frontini scriptus est: qui & sic incipit: Notum est omnibus, Celsè, penes te studiorum nostrorum manere summam.

GRUTERUS.

³ Parui ipse quidem præceptis.] Pro istis monstra verborum in Pal. nempe: parvum ipiane præceptis.

Tom. II.

D d

I. Meum

num sumpsi: ex quibus & quæ digna erant memoratu, in unum libellum contuli. Tu velim ¹ meum munus boni consulas. Et si hoc contentus non fueris, lectites Græcos, linteos etiam libros requiras, quos Ulpia ² tibi bibliotheca, quum volueris, ministrabit. ³ Et quoniam sermo nobis de Trebellio Polione, qui à duobus Philippis usque ad divum Claudium, & ejus fratrem Quintillum, imperatores tam claros quam obscuros memoriæ prodidit, in eodem vehiculo fuit, afferente Tiberiano quod Pollio multa incuriose, multa breviter prodidisset: me contra dicente, neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitur: prodente quinetiam in quo Livius, in quo Salustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifestis testibus convincerentur: pedibus in sententiam transitum faciens, ³ ac manum porrigen-
jucun-

*1 Meum munus boni consulas.] Pal.
meo munere.*

CASAUBONI.

*3 Ac manum porrigenus jucundam præ-
terea.] Suspicabar hæc esse depravata.
quid est enim manus jucunda? regius
habet, ad manum: & pro jucundam le-
gitur judicandam. nihil inde boni e-
ficio. malebam autem distinctione
mutata scribere, Propterea scribe, inquit,
ut liber. sed vulgatam lectionem ita
possimus interpretari: Adeo mihi
assensus est, ut non solum pedibus in
meam sententiam iret; sed etiam ma-
nus porrigeret cum hilariore & reni-
dente vultu. translatum è curia; ubi
variis modis assensus præbebatur. in-
fra hoc libro: deinde alii manus porri-
gentilis, aliis pedibus in sententias eunti-
bus, plerisque verbo consentientibus, condi-
tum est S. C. quia igitur duos diversos
assentiendi modos jungit, ideo ait
præterea.*

SALMASIUS.

*2 Et quoniam sermo nobis de Trebellio
Polione.] Trebium Polionum nominant*

nostræ membranæ. nusquam sane Trebellii Polionis mentio in illis membranis, nisi hoc loco. nam superiores omnes libri non Polioni, sed Capitolino legebantur attributi. cuius rei rationem ante attulimus. Trebel-
lium vetus editio ubique scribit: quam scripturam ut minus probem effi-
cient antiqui lapides in quibus Tre-
bellius semper incisum habet. Trebius
etiam nomen Romanum: & tam
Trebius quam Trebellius, potest heis-
legi.

*3 Ac manum porrigenus jucundam præ-
terea.] Et hic locus unus est de cor-
ruptissimis, in quo emendando nos
parum adjuvant libri. auxilium igi-
tur petendum à conjecturis. quarum
hæc meo iudicio valde probabilis:
pedibus in sententiam transitum faciens ac
manum porrigenus, jocando præterea: scribe,
inquit, ut liber, securus quod velis dicas,
habiturus mendaciorum comites, quos ele-
quentia miramus auctores. locum inte-
grum attulimus, ut magis de sensu
constaret, & sic conjectura nostra bo-
nitas clarius eluceret. afferente Vo-
pisco,*

jucundam præterea, ¹ Scribe (inquit) ut libet: securus, quod velis dicas, habiturus mendaciorum comites, quos historicæ eloquentie miramur autores. ² Ac ne multa & ³ frivola proœmiis odiosis intexam, divus Aurelianus, ortus, ut plures loquuntur, Sirmii, familia obscuriore; ut nonnulli, Dacia Ripensi. Ego autem legisse me memini auctorem qui eum Mœsi genitum prædicaret. Et evenit quidem ut de eorum virorum genitali solo nesciatur ⁴ qui humiliori loco nati ⁵ plerique solum genitale configunt, ut dent posteritati de locorum splendore fulgorem. ⁶ Nec tamen magnorum principium

pisco, neminem scriptorum, qui quidem historicæ scripserunt, non esse aliquid mentitum, in ejus sententiam Tiberianus descendit, & manum porrigit: Jocans præterea addit: scribe Vopisce ut libet: secure id potes facere, ut mendaciorum socios habiturus, qui magna eloquentia laude olim historias scripsere. quo in numero sunt historicorum principes, Sallustius, Livius, Trogus, & cæteri. Omnino igitur scribendum: jocans præterea; aut jocando. nam jocus Valeriani in eo est, quod Vopisco permittit in historia mentiri, quum id gravium auctorum exemplo possit facere. veteres autem manum in assensu porrexisse notius est quam ut debeat pluribus indicari. utrumque heic conjunxit; pedibus in sententiam ire, & manum porrigere.

¹ Scribe, inquit, ut libet: securus, quod velis, dicas. ² Melior scripta lectio; scribe (inquit) ut libet, securus quod velis, dices, habiturus mendaciorum comites, &c.

³ Ac ne multa & frivola proœmiis odiosis intexam.] Vetus liber: proœmiis odiosis intexam. non male.

GRVTERVS.

⁴ Frivola proœmiis odiosis.] Pal. idiosus.

⁵ Qui humiliori loco nati, plerumque solum.] Palat, qui hum. loco & ipsi plerumque solum.

⁶ Nec tamen magnorum principium virtutibus, &c.] Sic & Palat. nisi quod is à principio habuerit, ne, item præferat viribus.

CASAUBONVS.

⁵ Plerique solum genitale configunt.] Scribe, plerumque, ut in veteribus.

⁶ Nec tamen magnorum virorum virtutibus summa sciendi est.] Scribendum, de magnorum virorum virtutibus. elegans locutio, summa sciendi de virtutibus magnorum virorum. id est, τὸ κεφάλαιον τῆς οὐρανοῦ δρεπῆς πέτη τοῦ δέκατου αἰώνων.

SALMASIUS.

⁴ Qui humiliori loco nati plerique solum genitale configunt.] Et heic probo scriptam lectionem Palatini: & evenit quidem ut de eorum virorum genitali solo nesciatur, qui humiliori loco, & ipsi plerumque solum genitale configunt, ut dent posteritati de locorum splendore fulgorem. verbum nati appetit ab illis additum, qui non putarunt satis Latine dici, aliquem esse humili loco.

⁶ Nec tamen magnorum Principium virtutibus summa sciendi est.] Cæcum esse oportet, qui hæc esse corrupta non videat. Vetus editio cum Palatino scribunt: viribus. scribe: virtus. nec tamen magnorum principium virtus summa, sciendi est, ubi quisque sit genitus. mire tamen locutus est, cuius locutio-

Dd 2 tio-

pum virtutibus summa sciendi est , ubi quisque sit genitus , sed qualis in repub fuerit . An Platonem magis commendat quod Atheniensis tuerit , quam quod unicum sapientiae munus illuxerit ? An eo minores inveniuntur Aristoteles Stagirita , Eleatesque Zenon , aut Anacharsis Scytha , quod in minimis nati sunt viculis , quum illos ad cœlum omnis philosophiae virtus extulerit ? Atque ut ad ordinem redeam : Aurelianus modicis ortus parentibus , à prima aetate ingenio vivacissimus , viribus clarus , nullum unquam diem praetermisit , quanvis festum , quanvis vacantem , quo non se pilo & sagittis cæterisque armorum exerceret officiis . Matrem quidem ejus Callicrates Tyrius , Græcorum longe doctissimus scriptor , sacerdotem templi Solis , in eo vico in quo habitabant parentes , fuisse dicit . Habuisse quinetiam non nihilum divinationis , adeo ut aliquando marito suo jurgans ingesserit , quum ejus & stultitiam increparet & vilitatem , *En imperatoris partem.* Ex quo constat illam mulierem scisse fatalia . Idem dicit , auspicia imperii Aureliano hæc fuisse : Primum , pueri ejus pelvem serpentem plerumque

cinxisse .

tionis hic sensus : non esse hanc principum summam virtutem , ut sciamus ; ubi quisque sit genitus : vel non esse hanc summam virtutem principum , non ignorari eorum solum genitale , cum illud magis interfici sciri , quid in repergessent , aut quomodo animati ad eam gerendam accesserint , uno verbo ut dicam , voluit dicere heic Vopiscus : natalium splendore non debere estimari summam principis virtutem , sed eorum in tempore animum , rerumque gestorum gloriam virtutemque solam . quam sententiam mire expressit .

¹ Aristoteles Stagirita , Eleatesque Zenon .] Pal . Aristoteles Stagirite , Seliatesque Zenon : lege : Aristoteles Stagirites , Eleatesque Zenon .

³ Ex quo constat illam mulierem scisse

fatalia .] Scire fatalia , & dicere fatalia , eorum est qui rerum futurum habent scientiam , easque prædicunt . *fa ad cire* , pro eodem dicebant veteres unde *fa idici* , quos vulgo bona fortunæ *equum* nuncupamus , observavi eos etiam Græcis *τυχαίον* appellari . & *τυχεύειν* , id esse quod nos vulgo bonam fortunam dicere vocamus . Glossa : *fa idici* , *μαρτυράσσειν* , *ἐπ τῷ τυχεύειν* , *μαρτυράσσειν* . id est , quod bonam fortunam dicunt & fatum .

GRUTERUS .

² Templo Solis in vico .] Palat . templi Solis qui in vico .

CASAUBONUS .

⁴ Pueri ejus pelvem serpentem plerumque cinxisse .] Simile omen imperii initio

cinxisse, neque unquam occidi potuisse. Postremo ipsam matrem quæ hoc viderat, serpentem quasi familiarem occidere noluisse. His accedit quod ex palliolo purpureo quod Soli sui temporis imperator tulerat, sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur. Addit etiam illud, ^{2.} quod ^{3.} vincum fasciolæ ^{4.} Aurelianum

initio vitæ Severi. pelvis est πύελος
five alveus in quo recens natus in-
fans lavabatur: cuius moris Plautus
meminit & Galenus.

^{1.} Quod Soli sui temporis tulerat, s. Antea monebamus, rere passim in his scriptoribus esse idem atque auferre. si ita accipimus ultra, erit sensus: imperatorem illorum temporum ad emisse simulacro Solis palliolum illud purpureum, quod postea casu aliquo in potestatem matris Aureliani venerit. sed potest etiam accipi tulera pro obtulerat. *sui temporis*, est ὁ οὐρανός. nam aliter scribendum non est, auctoribus libris nostris. Eruditus ille civis Romanus, qui emendat, quod Solis *sui templo imperator obtulerat*, ne refutationis quidem eget. nam auctor de iis loquitur quæ infante Aureliano & recens in lucem edito acciderunt: at templum Soli consecratum ab eodem est jam imperatore, nec multo ante obitum.

GRUTERUS.

^{1.} Quod Soli sui temporis Imperator obtulerat.] Subjeci oculis scripturam Pal. quia viderem harere viros magnos in vulgato, tulerat.

^{4.} Vinctum fasciola Aurelianum.] Pal. fasciculum. & à calamo recenti, fasciculum.

SALMASIUS.

^{1.} Quod soli sui temporis imperator tule-
rat.] Scribe, obtulerat. ita enim anti-
qua editiones.

^{2.} Sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur.] Crepundia notum quid sint, & quid vocentur apud Latinos: monumenata scilicet quæ cum pueris expositis adponebantur, ut ex iis ali-

quando possent agnosciri. Graci vocant γραπτούα. ea erant monilia, torques, annuli, crepitacilla, & alia id genus pueriles nugæ. sed quod non minus ex fasciis ipsis quibus involuti erant cum exponerentur, plerumque agnoscabantur, quam ex illis monumentis & crepundiis hinc factum ut fascia illa ipsa crepundia etiam dicerentur abusive. sic plane Graci απάγγειλον την γραπτούαν usurparunt, cum απάγγειλα apud illos proprie dicantur fasciæ, quibus illigantur infantes. Hesychius: απάγγειλα. δεσμοί, πάνη. at απάγγειλα etiam sunt γραπτούα, vel crepundia. Donatus: monumenta funi que Graci dicunt γραπτούα sive απάγγειλα. crepundia igitur hoc loco sunt infantiles fasciæ, quas mater fecisse perhibetur filio de pallo purpureo in frusta & pannos secto crepundia etiam hoc sensu apud Plinium: semel loquuntur est Cræsi filius in crepundiis. quo prodigio totum id concidit regnum. in crepundiis, & απάγγειλοι, in cunabulis. nam cunabula sunt απάγγειλα. vide quæ infra notamus. sic crepundia apud Salvianum pro fascioliis: propter hoc involvi se pannorum crepundiis voluit, quib[us] cælum regebat in pannis. ut heic de palliolo purpureo crepundia filio Aureliano fecisse mater perhibetur, sic Albinus purpurea matris illigatus est fascia. vide infra.

^{3.} Quod vinctum fasciola Aurelianum aquila de curis levaverit.] Palatinus: quod vinctum fasciolum Aurelianum. & supra correctum, fasciolo, eadem, aut sane vetusta non minus manu, sed an fasciolum, pro fasciola rectum sit, merito.

to addubites. fortean fuerit: quod vin-
etum fasciolis Aurelianum. fasciolæ sunt
quibus infantes involvuntur, quæ
Græce *απροστάτες*, Latine *cunabula* &
incunabula. Glossæ: *απροστάτες*, *cunabu-
la*. Hesychius: *απροστάτες*, *δεσμοί*, *φάκη*.
Latini etiam pannos infantiae dicunt.
cunabula igitur & *incunabula* à cunis
distingui debent. *cuna* lectuli sunt il-
li mobiles in quibus pueri cubant.
cunabula, vel *incunabula* vincula sunt,
vel fasciæ quibus colligantur infantes
in cunis positi. aperte Plautus distin-
guit in Truculento:

*Fasciæ opus est, pulvinis, cunis, incunabu-
lis.*

& in Amphitryone:

Nemo eum colligare quivit incunabulis.
Incensus auctor, de Orthographia:
Cunabula sunt panni infantiae: sed Joannes
Constantopolitanus Episcopus scribit
*Lazarum in monumento cunabulis involu-
tum*. ubi vides in contrarium plane
usum versa *cunabula*, & involvendis
mortuis usurpata. *cunabula* enim vo-
cat ibi Joannes Episcopus, quæ *κει-
εια* dicuntur in Euangeliorum Ij-
bris, & sunt tæniae, quibus mortui à
capite ad pedes vinciebantur. caput
autem ipsum sudario, vel linteo ligabatur.
θόρυβος vocat Lucianus. *σφαλέ-
τεος* in Euangeliō dicitur. tæniae il-
lis *κειεια* & *σφαλέτεος* dicunt Græci.
Glossæ: *τανιόν*, *κινάτης*. ita enim
scriendum. ut *κειεια* pro *κειεια*, sic
σφαλέτεος pro *σφαλέτεος*, scriptum ubique in
illis Glossis. hinc *σφαλέτεος* pollin-
gere interpretantur: *pollingo*, *τελατέλ-
λων* *τενερόν*. *σφαλέτεος*. *κιναφιάζω*.
Sosipater: *pollingo*, *σφαλέτεος*. apud
Charisium hodie legitur *σφαλέτεος*,
ut & apud Priscianum. quomodo &
in illo Glossarum loco reponendum
putant eruditissimi viri: in quo eos
ratio fugit. *σφαλέτεος* sunt pollin-
gores, qui mortuos vittis & tæniis
aptant & involvunt. hinc intelligi-
mus, quid esset proprie, *pollingere*. &
sane *pollingo* nihil aliud est quam *perli-
go*. veteres enim *ligo*, *ligis*, *ligere* dice-
bant, quod posteri *ligare*. inde *littera* re-

mansit ab illo antiquo *ligo*, sic *sono*, *se-
nis*, *sonere*, quod postea *sonare*: & alia
ejusmodi infinita. compositum igitur
à *ligo*, *perligo*, & *pelligo*, ex quo
postea factum *polligo*, & *inferto*, ut
in aliis multis vocabulis, *pollingo*, sic
liceor, *pelliceor*, & *pollicor*, *luo*, *pellas*
& *pollas*. unde *pollubrum*. hinc *pollista*,
vel *pollinctor*, pro *pellictor*, ο σφαλέ-
τεος. τελαμώνας Græci etiam hujus-
modi tænias & *σφαλέτεος* appellavere.
Metrodorus in epigrammate non-
dum edito de funeris sumptu:

*Ἐκ Ἰ τειχούτων ισομήτεσσημα
ταλαμάτων.*

*Πέρητε οὐ γέδετος Ζηνὶ Θυντολίνη.
Διος ἄν εἰς ἡ πυρίνη ἡ ἀλφίκη π-
λαμώνας,*

*Ειναῖς διανη σῶμα χάριν λα-
βέτω.*

est & elegans epigramma Lucillii
quod extat in edita Anthologia Pla-
nudis. ubi medicus & pollinctor de
compacto sic egerunt, ut medicus &
gros omnes cura sua commissos oc-
cideret, & pollinctori amico traderet
polligendos: pollinctor vicissim π-
λαμώνας quos furabatur de pollin-
tione mortuorum, medico mitteret
dono ad alliganda vulnera eorum
quos curabat. sic τελαμών & σφαλέ-
& κειεια sunt vincula, vel panni
quibus pollingeabant corpora mor-
tuorum. Hesychius: *τελαμών*, λα-
μπτεος, *δεσμός* ή *φασοία*. *cunabula* il-
lis pollinctorum fascias vocavit ille
Johannes cujus supra locum attulimus.
è contrario *κειεια* quæ pro-
prie mortuorum involvra erant, et
iam pro incunabulis, & fasciis qui-
bus alligantur infantes, usurparunt.
Moschopulus: *κειεια* ή *τενερόν* δε-
μός. ήγετης ή κοινώς *φασοία* ή *δισ-
μός* τενερός. *κειεια* scribit He-
sychius, & διστο τενερός, id est à morte
videtur deducere, quasi dicas mor-
tuales fascias: *κειεια*, inquit, *ἐπιθ-
άπτα* *κιναφιάζω*. eodem autem
prosus modo infantes & mortui fal-
ciis ligabantur. Artemidorus: *οι ι-
σθανατοι*.

ποθενόντες ἐχασμένοις σύντηξι] πά-
κεινώς τοι βρέφη καὶ χαμαγή τίθενται.
ῥάπη Artemidoro sunt panni. nam
Latini pannos vocant præfecta in lon-
gum frusta cuiuslibet materiae texti-
lis. & pannus pro fascia, vel instita.
inde pannos infantia dixit auctor incer-
tus de quo supra, τὰς δέσμους τὸν
πνιῶν. Salvianus pannorum crepundia,
lib. vi. de gubern. Dei: propter hoc in-
volvsi se pannorum crepundiis voluit, qui ca-
lum regebat in pannis. obiter etiam hoc
addam videri falsum esse doctissi-
mum virum qui scripsit Romanos
non usos esse fasciis ad involvendos
mortuos, quod corpora eorum com-
burerent, sed solos Græcos: quem
nos alibi errorem multis castigabi-
mus. sed cuius rei gratia hanc εὐσο-
λων sermonis instituimus, non tan-
tum cunabula, & incunabula pro fa-
sciis, verum etiam cunas de infantilibus
vinculis recentiores dixerunt. hinc κενταρίον, hoc est cuna posterioribus
Græcis, quodlibet vinculum sig-
nificat. Mauricius: Χεὶς κενταρία ἡγε-
νερηγή διπλοῦ κεντρίκων τολατέα πε-
ρι ἔχοντα μεγίστη φαρδέα ἐπινόηση
αὐτοῖς. Nicetes κενταρία sunt αὐτόψεις.
cunæ autem sic erant factæ, in quibus
infantes cubitabant, ut facile moveri
possent. motitabantur enim ad con-
ciliandum somnum pueris. quod eti-
am hodie fieri videmus. ab illa mo-
titatione, cunæ & cunabula obsca-
num significatum habent apud Plau-
tum, illis locis.

Sed istie servas, ex Christo qui advenit,
qui sapit?

Ch. usque à canabulis.
& paulo post:

Quid ait? tunc etiam cubitare solitus es in
cunis puer?

qua partim male corrigunt, partim
non bene intelligunt docti viri. nec
enim obscenitatis significatio in eo
est, quod cunæ vocabulum alludat ad
eam vocem qua honeste nominari
non potest, qua fœminæ sunt: sed ad
solam cunarum motitationem respi-
cit Comicus: tunc etiam cubitare solitus
es in cunis puer? id est, tunc etiam move-

ris solitus es? hoc est κενταρίον. quo sensu
κενταρίον Graci accipient, solos eos la-
tet, qui Græca vel primoribus labris
nondum attigerunt. sed redeamus ad locum Vopisci, in quo malim vul-
gatam lectionem retinere: vinculum
fasciola Aurelianum aquila de cunis loca-
verit. & accipendum de ea fasciola
qua vincitus in cunis erat, & ad cunas
ipsas. dupliciter enim vinciebantur
pueri. primum illis vinculis & fasciis,
quibus involvebantur, mortuorum
more, & quæ ipsis erant pro ueste.
deinde etiam fasciola aliqua in cunis
ipsis collocati, ligabantur, ne cunis
decidere possent aut elabi. quod ho-
dieque fit. de qua fasciola locus hic
fortasse capiendus. idque etiam au-
gendo miraculo est, aquilam potuisse
puerum de cunis levare fasciola vin-
cillum: nam id fieri qui potuit nisi ru-
pta aut soluta fasciola? Plautus in in-
fantili supellectile enumeranda fas-
cias ab incunabulis distinguit.

Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incuna-
bulis.

& fortasse fasciæ sunt, quibus invol-
vebantur infantes, & illigabantur:
incunabula autem proprie lora aut
vincula quibus ad cunas ligabantur
ne exciderent. de fasciolis quibus il-
ligabantur pueri, habemus in vita
Albini apud Capitolinum: acceſſit
omen quod cum pueri ejus familiæ russulis
fasciolis illigarentur, quod forte loca Cœnula
effent fasciæ, quas mater prægnans para-
verat, purpurea natus illigatus est fascia.
crepundia fasciolas illas vocavit pau-
lo ante Vopiscus, ut ibi diximus. de
quibus fasciolis, nihil prohibet quo-
minus & hunc locum accipias, ut in-
telligamus Aurelianum ab aquila,
sicut erat fasciolis vincitus, de cunis
levatum.

CASAUBONUS.

5. Aurelianum aquila innoxie de cunis
levaverit.] Magnum onus pro corpore
aquilæ; sed exempla obvia non so-
lum in fabulis, sed etiam in historia
verum professa, apud Ælianum hi-
storiæ animalium libro xii. cap. xxii.
Accepi à gravissimis viris, & fidei in-

(coloris) redonata

424 FLAVII VOPISCI SYRACUSII

lianum aquila innoxie de cunis levaverit, & in aram posuerit, quæ juxta facellum fortè sine ignibus erat. Idem auctor est, vitulum matri ejus natum miræ magnitudinis, candidum, sed purpurantibus maculis,¹ ita ut ⁵ haberet in latere uno, ave, in alio coronam. Multa superflua in eodem legisse memini: quippe qui asseverat etiam ² rosas in ejusdem mulieris chorte, nato Aureliano, exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei. Fuerunt & postea multa omina jam militanti futuri, ut res monstravit, imperii. Nam ingrediente eo Antiochiam in vehiculo, quod præ vulnere tunc equo sedere non posset, ita pallium purpureum, ³ quod in honorem ejus

tegerimæ, Marchionem Pisanius, qui jussu Christianissimorum regum variis legationibus cum summo honore suo functus est, solitum narrare; quandam Hispaniarum regis namum, qui à Madridano palatio apud Carpetanos in Tarraconenſi provincia, longius paullo aberraverat, ab aquila raptum, atque in proximæ sylvæ arborem fuisse translatum.

SALMASIUS.

¹ Ita ut haberet in latere uno avem, in alio coronam.] Video quidem coronam, quid faciat ad omen futuri imperii: sed quid avis facit? optime itaque Latinus: ita ut haberet in uno latere, ave, in alio coronam. ita etiam editio vetus, nisi quod illa ^{aut} vitio typographicō habet, pro ave, quibus verisimile non poterat fieri vitulum, in latere scriptum ave de ventre matri attulisse, nobis avem pro ave substituerunt. quasi minus sit mirum avem ibidem pietam habuisse. quare ab illo ave sit omen factum imperii nascenti Aureliano, satis intelligent illi quibus nos ista scribimus.

² Rosas exisse purpureas, odoris rosei, floris aurei.] Quomodo purpureæ rosæ florem habent aureum? an non rosa ipsa flos est? Sed minime dubium est quin illud croceum, quod

in medio rosæ est, florem appeleret. luteos apices vocat Plinius. idem auctor in rosa & in lilio florem à calyce distinguit. calyx est qui ambit: flos qui ambitur. calyx constat foliis; flos illis apicibus luteis qui in medio calice sunt. hinc rosas purpureas vocat Vopiscus quarum folia purpurea: florem rosæ crocos illos quo medio sui calicis complexa est. quod igitur in eo miraculum est, si rosa purpurea flore aureo, & odore roseo prodierunt, nascente Aureliano, cum alter exire non soleant, nec alio odore aut colore? nam & *ρόδην παρθένον* dicitur, & illud rosæ medium, plane aurei coloris est. sed videtur Vopiscus miraculum non in colore aut odore rosarum ponere, sed in tempore. alieno enim tempore nec eo quo rosa nascentur sunt enatae, & hoc vice miraculi fuit, quod nato Aureliano, prodierunt rosæ eodem plane colore & odore, quo suis temporibus cum prodeunt, esse consueverunt. an potius de loco miraculum interpretabimur, quod in corte, id est in area domus sponte sint enatae rosa?

³ Quod in honorem ejus expansum fuit rat.] In optimo libro vetere spansum legitur, nec putandum est alter scilicet auctorem. sic sceptum pro exceptum apud Trebellium in vita Gallieni obser-

ejus expansum fuerat, decidit ut humeros ejus tegeret. Et quum in equum transire vellet, 'quia invidiosum tunc erat vehiculis in civitate uti, equus est ei imperatoris applicitus, cui per festinationem insedit. Sed ubi comperit, semet ad suum transtulit. Data est ei præterea, quum legatus ad Persas issit, patera qualis solet imperatoribus dari à rege Persarum, in qua insculptus erat ²Sol eo habitu ³quo colebatur ⁴in eo templo

observavimus scriptum. sic sculcatores pro excubitoribus. spectare pro expectare alicubi positum legi. in Glossis nomicis: στρατηπεις, οιονεὶ φύλακες αὐγεντοι. pro excubitores. vide quæ supra notamus.

CASAUBONUS.

¹ Quia invidiosum tunc erat vehiculis in civitate uti.] Vide ad Spartiani Hadrianum. Ibidem etiam diximus nefas fuisse privata sedere in regia sella, aut regis equum insidere.

GRUTERUS.

³ Quo colebatur in eo templo.] Palat non habet in eo templo.

SALMASIUS.

² Sol eo habitu quo colebatur in eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos.] Palatinus & editio vetus: sol eo habitu quo colebatur ab eo templo in quo matre ejus fuerat sacerdos. id est eo habitu quo colebatur ab Aureliano, templo in quo ejus mater sacerdos fuerat. cultum autem fuisse solem ab Aureliano, multa testantur, & maxime tempulum ab eo soli conditum consecratumque. non dicit quo habitu sol fuerit sculptus in illa patera quæ data est Aureliano. sed credibile est cum à Persis data fuerit, qui tales Romanis imperatoribus solebant dare, non alio habitu sculptum solem in ea fuisse quam quo à Persis colitur. cuius simulacrum facie leonina effingebant cum tiara. de quo exponens Arnobius, & corrigendus: inter

deos videmus leonis torvissimam faciem me-ro oblitam nimio, & nomine frugiferu nuncupari. vel etiam, nomine frugiferi. quod verius esse puto. de sole hæc esse accipienda pluribus alibi probamus. frugiferi nomine, quia καρποφόρος ἡλίου dicebatur. καρποφόρεθλος dicitur in hymno quodam, in quo omnia ejus attributa τοιχεῖον recensentur:

Κοσμηπλόνη, Κλάσλον, καρπερόφρονα, καρποφόρεθλον.

Statius Papinius:

— seu te roseum Titana vocari
Gentis Achamenæ ritu seu, præstat Osti-
rim
Frugiferum seu, Persæ sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mi-
thram.

vetus epigramma de Attine quem eundem cum sole esse volebant.

Α' τηδ θ' ὑψίσῳ νέσσωνειν τὸ πᾶν
Τῷ πᾶν τιν κυριογοῖς θεμεράπερα πάντα
Φύση.

verba ista, θεμεράπερα πάντα φύση, frugiferum designant. sol igitur Mithras quem Persæ colebant, quemque dicto loco Statius describit,

— Persæ sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua.

vultu leonino cum tiara fingebatur pingebaturque utraque manu relutan-
tis tauri cornua comprimens. au-
tor Lutatius ad illum Statii locum.
inde exponendus ac emendandus
Arnobius. multis locis Romæ visuntur
Mithræ simulacula, stantis in spe-
læo, vel rupe cavata, tiarati, taurum
cornibus tenentis, aut eundem sub-

templo in quo mater ejus fuerat sacerdos. Donatus eidem etiam elephantus præcipuus, quem ille imperatori obtulit, solusque omnium privatus Aurelianus 6 elephanti dominus fuit. Sed ut hæc & talia omittamus, fuit decorus, & gratia viriliter speciosus: statura procerior, nervis validissimis, vini & cibi paulo cupidior, libidinis raræ, severitatis immensæ, disciplinæ singulæris, gladii exerendi cupidus. Nam quum essent in exercitu duo Aureliani tribuni, hic, & alius qui cum Valeriano captus est, ¹ huic signum exercitus apposuerat manus ad ferrum, ut si forte quæreretur quis Aurelianus aliquid vel fecisset vel gessisset, suggereretur, *Aurelianus manu ad ferrum,* ² atque cognosceretur. Privati hujus multa extant egregia facinora. Nam erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis præfidiariis solus attrivit. ³ Refert Theoclius Cæsarianorum temporum scriptor, Aurelianum manu sua bello Sarmatico

*Garrison
Brooks*

stratum calcantis, vultum tamen vixilem non leoninum habentis. sed quin eum aliquando facie leonina finixerint, non dubito. Leones dicebantur sacrorum Mithriacorum mystæ. Tertullianus: *sicut aride & ardentis naturæ sacramenta Leones Mithrae philosophantur.* Porphyrius: *ως τοις ἐμετέχοντος τοις τῶν ὄργιαν πεντετοσ λεοντος ηγετεῖν, τοις δὲ γυναικος υἱίνας.* inde Leonica sacra. sed de his alibi.

4 In eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos.] De matre & de templo hæc tantum nos scire voluit. ubi gentium illud templum, & quomodo mater Aureliani dicta fuerit, aut unde fuerit, magnum silentium.

CASAUBONIUS.

¹ *Huic signum exercitus apposuerat, Manus ad ferrum.*] Signum, id est cognomen. ita soliti milites per lasciviam cognomenta imponere: ut illi centurioni, cui ut scribit Tacitus, militibus facetiis vocabulum *CEDE ALTERAM* indiderant.

² Refert Theoclius Cæsarianorum temporum scriptor.] Melius Theocles, ut Diocles, sed fortasse scriperat, Theoclytus, vel Theo Chius.

SALMASIUS.

² Atque cognosceretur. privati hujus multa extant.] Quasi de compacto veteri editio, & membranæ Palatinæ sic legunt: atque cognosceretur privatim. Hujus multa extant. sed verissima distinctio in vulgatis. posset tamen legi: privatim hujus multa extant egregia facinora. nihil vero mutamus.

³ Refert Theoclius Cæsarianorum temporum scriptor.] Forte, Theo Chius: ut supra, Callicrates Tyrinus Græcorum longe doctissimus scriptor, vel Theocles, hoc est, Θεοκλῆς. Theocles quidem mentio in vita Maximiorum. quæ foror fuit Alexandri Severi. sed si Theoclia, non propterea tamen & Theoclius dicatur. nam sic Θεοκλῆς, Θεοκλεῖα: ut Ροδοκλῆς, Ροδοκλεῖα.

II Adet

little dances

matico uno die quadraginta & octo interfecisse. plurimis autem & diversis diebus ultra nongentos quinquaginta: 'adeo ut' etiam balistea pueri & saltatiunculas

CASaubonus.

1 Adeo ut etiam balistea pueri & saltatiunculas in Aurelianum tales comparentur.] Scribendum ballista. βαλλίστης in octavo Athenai usurpatur seu vox Romæ usitata pro saltatore, & tripudiate. βαλλιστης saltationis genus: & βαλλιστης, vel βαλλιστæ carmina ludica inter ballistandum saltari solita. et si vox est origine Græca: formatio tamen insolens Græcis & barbara. in Photii Nomocanone titulo xiii. caput extat, τοις μὲν βαλλίσταις οὐ ὄρχεσθαις εἰς γέργεις. Habet exempla similium ballistariorum etiam in sacris literis: ut primo Regum, capite xviii. ubi ita scriptum: Porro cum reverteretur percusso Philisteo David, & ferret caput eius in Ierusalem, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, choruse ducentes in occursum Saul regis, in tympanis letitiae & in sistris. & præcinebant mulieres ludentes atque dicentes, PERCVSSIT SAVI MILLE, ET DAVID DECIM MILLIA.

GRUTERVS.

2 Etiam ballista pueri.] Sic & Pal. duplii littera. idem etiam supra servabat, Refert Theoclius.

SALMASIUS.

1 Adeo ut etiam balistea pueri & saltatiunculas.] Ballista Palatinus. atque ita legendum. legebam tamen aliquando, ballistas. δοῦλος βαλλίστης, βαλλιστæ, saltator, & βαλλιστæ, saltatio. sic καρπικῆς, assertor: καρπικæ, assertio, vindicia. νοσεῖς, νοσεῖα. sed βαλλιστæ etiam Graci formatiunt. quod posset videri sic factum, ut καρπικῆς, καρπικæ, aliud tamen est. ballistum, βαλλιστæ. ut μυστæ, mysum: γυμnæ-

χεῖον, gymætum. ballistum igitur est quod vulgo vocamus ballet. nam inde deducta vox ista nostra. βαλλίστης Græcis saltare est. βαλλίστης idem plane significat quod βάλλειν. hinc βαλλιστæ jaculatoria instrumenta. & οἱ βαλλιστæ qui Latinis ballista. sic ἴωντες, exusta. Glossæ: ballista, σφανδύη, μάχανον πολεμιγήν. Ballistræ, σφενδεῖται. alia Glossæ: βαλλιστæ, tormentum murale. idem enim οἱ βαλλιστæ καὶ οἱ βαλλιστæ βαλλίστης φύλακας καὶ κύρφη apud Sophronem pro βαλλεῖ. θέση δὲ δύο φύλακας καὶ κύρφης τοι παιδεῖς τὰς διδρας βαλλιστῶν. βαλλίστης igitur propriæ est jacere vel jactare. hinc βαλλίστης χεῖρας, & βάλλεις χεῖρας, manus jactare. quod saltantes faciunt scilicet. manus enim jactare, saltare est. Propertius:

Nanus & ipse suos breviter contractus
in artus,

Jactabat truncas ad cava buxa manus.

Jactabat truncas manus ad cava buxa, id est saltabat ad tibias cantum. Ovidius:

Et faciles jactant ad sua verba manus.

sic Græci βαλλεῖς χεῖρας dicunt de saltantibus. Epigramma nec dum editum. εἰς ὄρχηστρα:

Αἰνεώς έχει οὐνα ταῦτα παθεῖν), γέλει
οὐπ βαλλεῖ

Tοὺς απαλὰς απαλὰς ὁδὲ καὶ ἀ-
δε χέρας.

βαλλίστης χέρας, & βαλλεῖς χεῖρας integrum est. βαλλίστης, & βαλλεῖς simpliciter & per se positum pro saltate, imperfectum est. sic tamen etiam Græci auctores τὸ βαλλίστης absolute καὶ αὐτὸν usurparunt αὐτὶς οὐ ὄρχεσθαι. nec βαλλίστης tantum in eo sensu dixerunt, sed etiam βαλλεῖς

428 FLAVII VOPISCY SYRACUSII
 culas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus feitis militariter saltitarent: 'Mille, mille, mille,
 mille

βαλλεῖν quod idem est. atque inde vox Latina **ballare** non dicitur sed **βαλλεῖν**, sed dicitur **βαλλεῖν** sicut enim **ballare** à verbo **βαλλεῖν** ut calare dicitur **καλεῖν**: pilare dicitur **πιλεῖν**, & similia. Glossæ: **βαλλίζειν** **ballare**. **βαλλίζειν**, Suidas interpretatur, τὸ κύμβαλον κτυπεῖν καὶ τρέψειν κίνησιν ἡχον δραχεῖσθαι. & ita etiam Zonaras ad illum Canonem Concilii Laodiceni, ὃν γὰρ δὲι Χειρονάνδης εἰς γαλλικὸν ἀπεργομένος βαλλίζειν οὐ δραχεῖσθαι. sane **βαλλίζειν**, ut & **βαλλεῖν**, etiam percusere significat. unde ballematica organa apud Isidorum, τὰ **βαλληματικὰ**, quæ pecutiuntur, ut sunt cymbala, tympana, & reliqua ejusmodi. Originum lib. IIII cap. XXI. cymbala & acetabula quedam sunt quæ percussa invicem se tangunt & sonum faciunt. dicta autem cymbala quod cum ballematiis simul percutiuntur. ita enim Greci dicunt cymbala ballematica. sed fallitur more suo bonus Isidorus. ballematia sunt saltationes, & ballematica cymbala non quia percutiantur sic dicta sunt, sed quia ad eorum sonum saltetur. ballematica igitur saltatoria. **βαλλέω** pro **βαλλεῖν** Gr. dixerunt. Aristoph. καὶ λέοντες βαλλόντες. δοῦλος **βαλλεῖν** βαλλόντες καὶ βαλλόντες: idem omnino quod **βαλλομένες**. nam **βαλλεῖν** idem quod **βαλλίζειν**, & ab illo **βαλλεῖν** Latinum **ballo** quod est salto, & **ballationes**, saltationes. Isidorus in Glossis: **ballematia**, in honeste cantationes, & carmina, iocaque turpia. ballematia & ballistia idem plane sunt, choreæ scilicet, vel cantilenæ ad quas saltatur. in Concilio Toletano interdicuntur ballematia in sanctorum natalitiis. ubi ballematia sunt saltationes. in Concilio Laodiceno, **βαλλίζειν** οὐ δραχεῖσθαι sic junctum est, ut hoc loco ballistia & saltatiunculae junctim posuerit. sed

saltatiunculas heic videtur addidisse Vopiscus ut **ballista** explicaret, eodem modo quo patres Concil. Laod. δραχεῖσθαι adjecerunt, quo vocem illam vulgarem **βαλλίζειν** exponerent. **βαλλίζειν** enim est δραχεῖσθαι, vel **βαλλεῖν** & **ballatum** saltatiuncula.

i Mille, mille, mille. | Verba hujus ballistii, vel saltatiuncula in veros trochaicos redegerunt correctores, quo labore facile poterant supersedere nec enim eorum operam ad hanc rem requirebamus. in duobus id prioribus tantum versibus praestit Bonus Accursius Pisanius, qui primam editionem accuravit. in reliquis postea idem praestiterunt sequentes correctores, ut imperfectum opus à Pisano illo relictum, ipsis absolverent, sed quanto satius est, eam saltatiunculam, ita ut est in membranis expressa, heic apponere? sic igitur se habet:

Mille, mille, mille decollavimus,
 Unus homo mille decollavimus,
 Mille vivat, qui mille occidit.
 Tantum vini habet nemo
 Quantum fudit sanguinis.

sequentem etiam cantilenam ita conceptam in membranis videre est:

Mille Sarmatas, mille Francos
 Semel & semel occidimus.
 Mille Persas querimus.

de verbis ipsis nihil detraximus, nec ad ea quidquam addidimus. versus ita collocavimus, ut nobis collocari debere visi sunt, qui exploratum habemus ballistea & saltatiunculas & cantilenas ejusmodi vulgates minoribus istis versiculis ut plurimum componi solitas à trivialibus illius temporis poëtis, quibus etiam mox erat integratos trochaicos tetrametros catalepticos, per medium scindere, & dividuos sic facere ut alternis versiculis curuerent: & prior quidem

dem haberet pedes quattuor, posterior tres cum syllaba. quo genere multos hymnos compoluere poetae Christiani. talis est hymnus omnis horæ à Prudentio compositus.

Dapuer plectrum choreis

Ut canam fidelibus.

Dulce carmen & melodum,

Gesta Christi insignia.

Item iste in honorem sanctorum martyrum Hemeterii & Cheledonii apud eundem Prudentium.

Scripta sunt cælo duorum

Martyrum vocabula,

Aureis que Christus illic

Annotavit litteris.

quatuor hi postremi versiculi, bini sunt trochaici terrametri cataleptici, quos vetus aliquis poëta non divisi, sed uno tenore sic integros scripsisset:

Scripta sunt cælo duorum Martyrum vocabula,

Aureis que Christus illic annotavit litteris.

sic igitur tunc temporis solebant id genus metri in duas partes dividere. Beda de metris: *Metrum Trocha cum tercamentum, quod à poëta Græcis & Latinis frequentissime ponitur, recipit locis omnibus trochæum, spondaum omnibus præter tertium. curvit autem alternis versiculis, ita ut prior habeat pedes quatuor, posterior pedes tres & syllabam. hujus exemplum totus est hymnus ille pulcherinus:*

Hymnum dicat turba frumentum,

Hymnum cantus perficit.

Christo regi concinente,

Laudes demus debitas.

Ad hanc faciem factæ & istæ in Aurelianum cantilenæ: ut hac:

Mille vivat, qui mille occidit.

Tantum vivi habet nemo

Quantum fudit sanguinis.

item illa altera de eodem composita:

Mille Sarmatas, mille Francos,

Mille Persas querimus.

nec impedimento est quod una syllaba redundet in priore versiculo. nam in modulanda cantilena, & pedibus percutienda sic pronunciatur

illud alterum mille, quasi monosyllabum esset. hoc modo:

Mil' vivat, qui mille occidit.

Et,

Mil' Sarmatas, mille Francos.

sciendum autem est vulgares illos ac de trivio poetas, si poetæ vocandi sunt, in compouendis hujuscemodi canticis & saltatiunculis, & hymnis legis metricæ nullum penitus habuisse respectum, sed solius modulationis, & numerosæ compositionis verborum, qua ita ad aures accedit ut formam videatur habere veri legitimique metri. Beda: *videtur rhythmus metris esse consimilis, qui est verborum modulata compositione, non metrica ratione, sed numero syllabarum ad iudicium aurium examinata, ut sunt carmina vulgarium poëtarum.* omnis structura & copulatio vocum, aut rhythmus est, aut metrum. *rhythmus spatio temporum conitat, metrum etiam ordine, in rhythmo quantitas tantum, in metro qualitas etiam cum quantitate observatur.* parvi pendit rhythmicus, dum sibi constet temporum ratio, quo pedes ordine collocet metricus non latius est iecurus, nisi & rationem ordinis servet. rhythmico indifferens est dactylus & anapestus; jambus & trochæus sunt enim *τριανταριγμη* hi pedes. metricus vero non auderet anapætum locare, ubi dactylus exigitur, nec in sede trochæi jambum ponere, quamvis uterque pes sit *ισόχροος*, eamdemque quantitatem habeat rhythmus solum tempus metitur, atque alium pro alio pedem facile admittit, modo ejusdem sit temporis: quod metrorum ratio non recipit, qua nec spondæum quidem aut dactyli alterum pro altero usurpat, licet temporum spatio æquales sint longe major igitur licentia fuit in lyricis cantionibusque, musicorumque canticis, quam in metris. Ideo lyrics veteres *num, ut lege soluta ferri* dixit Horatius. solutiore tamen pede ambulant plebeii illi poëtae de quibus hec loquimur. immo nulla prosus lege

lege teneri se passi sunt. nec enim ulla syllabis tempora assignarunt, nec brevium longarumque differentiam agnoverunt, sed omnes indiscretim longas & breves fecerunt. Genus igitur quoddam medium est inter metricos & rhythmicos, ita ab utrisque distans ut magis videatur accedere ad rhythmicos solo licentia nomine, quam imperitia non ratione affectarunt, si ulla in imperitia affectatio est. numerum sane syllabarum & pedum satis anxie custodiebant. nec enim plus pedum aut syllabarum reperies in vulgarium istorum versificatorum trochaico, quam in vetusto & ad legem facto. quod veteres rhythmicci magnopere negligebant, quibus in usu & more fuit duas plerumque syllabas breves loco unius longæ ponere: quia idem esset temporis spatium in duabus brevibus & in una longa, obtinuit tamen ut rhythmus talium poëtarum compositio diceatur, & ipsi rhythmicci vocarentur. nam rhythmi proprium est, breve tempus plerumque longum efficere, & longum contrahere. metrum vero non potest breve tempus protrahere, nec longum corripere. Graci: τὸ μέτρον πεπονιζόμενός ἐστι τοῖς χρόνοις, μηδέ τοῦ οὐρανού. οὐ δὲ ποθεὶς ὡς βελός ἐλεύθερος χρόνος. πολλάκις δὲ τοῦ βελοφόρου ποτὲ μηδέποτι. ergo rhythmicci merito dicti habitique qui syllabas quibus temporum spatia comprehenduntur, ex libidine sua modo corriperent, modo producerent, omnesque indifferentes haberent, & nullo discrimine brevium longarumque eas in carminibus suis ponerent. metrum non potest esse sine rhythmico, rhythmus facile subsistit sine metro. metrum omne, etiam rhythmum habet. rhythmus autem etiam illis potest inesse quæ metrica ratione facta non sunt. talia erant vulgarium poëtarum carmina de quibus nobis sermo. nam rhythmum modis finitum qualis in metricis conspicitur præ se cerebant, cum

metricam rationem nullam ostenderent. exemplo quod dicimus faciamus illustrius. hic versus in puerili cantilena de Aureliano.

Tanum vini habet nemo, quantum sicut sanguinis, rhythmum trochaici metri habet, contra legem tamen ac rationem metri factus est: sed cum totidem syllabis constet quot legitimum metrum, rhythmus eadem illis temporum spatio accommodat, quæ requiruntur in legitimo metro. Beda metrum & rhythmum sic distinguit, ut metrum sit ratio cum modulatione, rhythmus modulatio sine ratione. carmen igitur secundum metri legem compositum, & rhythmum habet & rationem. quod extra legem vero factum est, rhythmum quidem habet, sed caret ratione. hinc de re admodum incondita & absurda solemus dicere, eam nec rhythmum nec rationem in se habere. quod in rusticis & incompositas cantationes proprie convenient, quæ nec rhythmis nec metris subsistunt. carmina tamen ista quæ per trochaici metri rhythmum & exiguntur, & patrem syllabarum numerum sortiuntur, non pro�述is rationis metricæ expertia Beda videntur, qui de his ita scribit: plerumque tamen casu quodam invenies etiam rationem in rhythmico non artifici moderatè servatan, sed sono & ipsa modulatione ducente, quem vulgares poëtae necesse est rusticæ docti faciant docte: quomodo ad instar jambici metris factus est hymnis ille præclarus:

Rex aeternæ domine,
Reunis creator omnium,
Qui eras ante secula
Semper cum patre filius.
Et dii Ambrosiani non pauci. item et formam metri trochaici canunt Hymni de die in diem per Alphabetum:
Apparebit repentina
Dies magna Domini,
In obscuræ velut nocte
Improvisos occupans.
quattuor isti postremi versiculi binos trochaicos constituunt alternis veribus

ibus currentes, rhythmicos quidem illos, sed quod mensuram trochaici metri non excedant, nec pluribus syllabis constent, rationem propterea etiam in his inveniri putat Beda. nam sic *ἰστομέτροι* quodammodo probantur esse legitimis trochaicis. *ἰστομέτροις* porro ut sint, præstat rhythmus qui de longis breves, de brevibus longas syllabas efficit, & iisdem temporum spatis eas instruit quæ in perfecto & absoluto metro requirunt leges. atque hæc sunt carmina in quibus inveniri etiam rationem tradit Beda, quæque à doctis docte fieri dicit, ut à rusticis & vulgaribus, rustice & indocte. ut in hac ipsa cantilena quam in manibus habemus, versus hic ad trochaici metri formam plane probeque factus est,

Tantum vini habet nemo, quantum fudit sanguinis.

nam mensuram trochaici, totidem syllabis, totidemque pedibus, justam & commodam servat. rhythmicè igitur & metricè quodammodo cinnatus est. in altera vero saltatiuncula de eodem Aureliano composita versus isti rhythmicī tantum sunt, non etiam metrici:

Mille Sarmatas, mille Francos.

Semel & semel occidimus.

Mille Persas querimus.

nam in his verborum modulata quædam & numerosa copulatio ad aures accedit, non metrica ratione, sed solo syllabarum ad imaginem rhythmi trochaici fluentium decursu substantia, & ad judicium plebeiarum aurium examinata. ad hanc enim faciem vulgus saltatiunculas & cantica sua componebat, gestusque & motus corporis qui tali modulationi cantus convenirent, illis adjungebat, & que scilicet incompositos & inconditos, ut erant, rhythmi numerique quos desaltabant. in quibus componendis, cum nullam teneret legem metricam, nec adeo propter imperitiam tenere quiret, interdum tamen sono ipso & modulatione quasi manu ducente, casu potius quam ratione ad me-

trorum quamdam similitudinem delabebatur. atque ut trochaicum metrum saltationibus & cantionibus erat valde accommodum, unde & pes *τροχαιος* & *χρησις* dicebatur; sic vulgi quoque captui ob id maxime congruum & familiare, qui naturali animi motu ad saltandum tripudiandumque, & varios gestus corpore edendos ferri solet. hinc joci militum qui à tripudiantibus exultantibusque in triumphantes duces jactabantur, isto metro ut plurimum concipi moris fuit. exemplum habes apud Suetonium lib. x. in illis:

Urbani servate uxores, mœchum calvum adducimus.

Vulgaria quoque dieteria qua populus ipse in aliquem joculariter jaætitata canebat, modulis trochaicis decurrentib. vetus interpres Juvenalis de Sarmento: eo fiducia venit ut pro equite Romano gereret. decuriam quoque quæstorianam compararet. quare per ludos quibus primum in quatuordecim ordinibus sedet, hæc à populo in eum dicta sunt:

Alind scriptum habet Sarmentus, alind populus voluerat.

Digna digni. sic Sarmentus habeat cras, fas compedes.

Rustici ne nil agatis, aliquis Sarmentum alliget.

cantilenæ saltatiunculæ omnes vulgares hoc metro constabant, vel rhythmis ad hujus metri imaginem commodulatis. talia sunt ballistia quæ à pueris illius temporis in Aurelianum facta & saltata, heic apud Vopiscum legimus. hinc factum denique ut Græca poësis vulgaris numeris trochaicis tota constaret, & Latina etiam magna ex parte. nam politici versus recentium Græcorum mensuram metri trochaici tetrametri numero syllabarum adæquant, ac rhythmis trochaicis incedunt. Trochaicus igitur ille vulgaris ex hymno quem supra citabamus,

Apparebit repentina magna dies Dorni:

& hic politicus versus:

Tg

mille, mille, mille decollavimus. Unus homo mille, mille, mille, mille, decollavimus. Mille, mille, mille, vivat, qui mille, mille occidit. ² *Tantum vini habet nemo, quantum fudit sanguinis. Hæc video esse perfrivola: sed quia supra scriptus autor ita eadem ut sunt Latine, suis scriptis inseruit, tacenda esse non credidi.* ³ *Idem apud*

Magun-

*Tε βανθάλα σύμπαντων ἔχεις τούς
ἰσοτρίαν*

similes sunt. hodierna quoque Gallica poësis tota rhythmica est, certo syllabarum ad rhythmum copularum libero sribentis arbitrio, currens. nec enim proprie pedum dimensione graditur. sed rhythmum male vocamus in nostra poësi, syllabarum ad finem cujusque versus, in eundem sonum recentium καλέληται. sic finem rhythmri rhythmum καλέληται appellamus. de quo nos alibi. rhythmum in cantione veteres vocarunt, quam nos hodie vulgo, æram cantionis dicimus. rhythmus enim Latine numerus dicitur. Virgilius:

— numeros memini, si verba tenerem.
canticum dividitur secundum Plotinum
eis τὰς πυθαγόρας καὶ τὰς ἀδόνδρας,
in numeros & verba. idem Virgilius
in numerum ludere dixit, quod Servius
interpretatur, ad rhythmum saltare &
cantilenæ modum. æra autem idem
quod numerus. nam recentiores
æras pro numeris, vel numerorum
notis dixerunt quæ veteribus æradicabantur. Lucilius:

Hæc est ratio, perversa æra, subducta
summa improbe? ita enim legendum cum interrogatio-
nis nota. an hoc vocas rationem,
perversos calculos & summam im-
probe subductam? hinc hæc æra ære,
pro numero, vel numeri nota, vel
calculo apud recentiores. Norius:
æra numeri nota. sic æras breviores
Sextus Rufus dixit: ac morem sequen-
tis calculorum qui ingentes summas æris
brevioribus exprimunt, res gestas signabo,
non eloquar. inde nos æram cantionis,

pro numero, vel rhythmo cantionis
vocamus, & æras pro cantionibus eodem
plane modo quo & Latini numeros
pro canticis ipsis, vel carminibus
usurparunt. Verum de his a-
lias.

GRUTERUS.

¹ *Mille vivat, qui mille mille occidit.*] Sunt versus trochaici; qualis & iste fuerit, si legatur voce transposita, *mille, mille qui occidit.* ubi nihilominus adhuc corripitur in *occidit* media, pro licentia illius ævi.

² *Tantum vini habet nemo.*] Versus suis constiterit pedibus, si legerimus habebit.

SALMASIUS.

³ *Idem apud Mogontiacum.*] Quis non putet vitiosam esse scripturam Palatini libri, in quo legitur, apud Montiacum? & sic quoque vetus editio: Moniacum. non esse corruptam scripturam, vero vincam. Montiacum pro Mogontiacum dicebant, & scribebant. in multis aliis vocibus observare memini, litteram g de medio sustulisse veteres, & sic duas syllabas in unam contraxisse. Mogontiacum, Mountiacum, & Montiacum. sic Segusius canis, Seusius & Suseus. nam qui Susi canes dicuntur in lege Salica, & aliis vetustis legibus, ii Segusi veteribus erant à Segusii populis. Arianus in Cynegetico: αἱ δὲ Σεγί-
σιας κυνίες δούλοις εἴησαν. sic variagi canes, Vertrai, & vertri, aut veltri. nam veltros infima ætas appellavit, qui superiore vertagi. atque ita in vita Caroli magni nuncupantur. sic strigas pro strigis dixerunt. striga est φαρραγίς.

Maguntiacum tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Francos irruentes, quum vagarentur per totam Galliam, sic adflicxit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. ¹ Unde iterum de eo facta est cantilena: ² Mille Francos, mille

Sar-

sic Montiacum pro Moguntiacum. atque inde Mvndg̃r Olympiodoro: ὁν Ιάσιος εὐ Μεγαλύτερος Γερμανίας καὶ πεδίου Γοργεῖ οὐ Αἰγαῖος Γυναικεῖος, ὁ φύλαρχος ἐχειρίζεται τούτων, τούτοις ἀντηρέσθη. nam Mvndg̃r Græco scriptori est Montiacum.

¹ Unde iterum de eo facta cantilena.] Cantilenam heic vocat, quam supra saltatiunculam & ballisteum. nam saltatiuncula est cantilena ad quam saltatur. mimi olim & canebat simul & saltabant. Saltare canticum, aut cantilenam dicitur qui & cantat & saltat simul, aut alio canente saltat. hinc saltatiuncula, & cantilena pro eodem, cantare tamen & saltare in scena, diversarum artium & artificum erant. cantare proprium tragediorum, ut saltare histrionum. cantare fabulan dicebatur tragedus: eamdem saltare histrion. Suetonius in Caligula: sed & aliorum generum artes studiosissime, & diversissimas exercuit. Thrax & auriga idem cantor & saltator. ubi per cantorem tragedum intelligit; per saltatorem, histrionem. errant igitur qui haec confundunt, & histrionem pro tragedo & auctore fabularum accipiunt, cum aperte distinxerint veteres, & histrionem quidem pantomimum appellant, tragedum vero qui fabulas canendo exprimit. dixi, canendo: nam id proprio facit tragedus. at histrion alio modo fabulas agit, nempe saltando. Glossæ: histrion, μάρσιος. Suetonius in Caligula: canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus & trageda pronuntianti concineret. & gestum histrionis quasi laudans, vel corrigens palam effinge-

ret. hinc cantare fabulam dicitur tragedus, quam agit. idem in Nerone: tragedias quoque cantavit personatus. & paulo post: inter cetera cantavit Canacem parturientem, Orestem matricidam, Oedipodem excacatum, Herculem insanum. quæ omnia sunt tragediarum argumenta. idem auctor ad finem vita Neronis: observatum et iam fuerat novissimam fabulam eum cantasse publice Oedipodem exalem. hinc licet intelligere, quare dixerit Horatius:

— donec cantor, vos plaudite, dicat. ubi per cantorem, tragedum intelligimus, quem Prudentius tragicum cantorem appellavit. unde tragic vox in veteri inscriptione:

— tragicæ quoque voce placebam. & prædulcia vox tragedi Suetonio in Caligula: cum assistens simulacro Jovis Apellem tragedum consulnisset, uter major illi videretur, cunctantem flagellis discedit: collandans subinde vocem deprecantis quasi prædulcem. Arrianus dissertationum Episterti lib. III. cap. xiiii. ἐσ οἱ μηδοι τραγῳδηί μένοι φόνη & δίνειν, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἔτος τενοι μένοι στεπανῆσαι & δίνειν). ex quibus omnibus liquido liquet, cur recentiores Graci τραγῳδεῖν cantare dixerint. Scholiastes Theocriti aliquot locis τραγῳδεῖν μέλπειν expoit. Glossæ veteres: cantatores, τραγῳδηται. ita enim scribendum. & τραγῳδηται & cantilenæ Luitprando I. i. cap. ii. post nonnulla inutilia tragedimata, id est cantilenas, somno se se dedere, fiertere, naufragii alii sumptua intemperantia facere. Hæc nunc sufficiat dixisse, quæ alio tempore locoque pluribus exequemur.

GRVTERVS.

² Mille Francos, mille Sarmatas semel & semel occidimus.] Illud & semel ma-

E e nat

Sarmatas semel occidimus: ¹ Mille, mille, mille, mille,
mille Persas querimus. Hic autem, ut supra diximus,
militibus ita timori fuit, ut sub eo posteaquam semel
cum ingenti severitate castrensis peccata correxit, ne-
mo peccaverit. Solus denique omnium militem qui
adulterium cum hospitis uxore commiserat, ita puni-
vit, ² ut duarum arborum capita ³ infleteret, & ad pedes
militis diligaret, eademque subito dimitteret, ut scis-
sus ille utrinque penderet. Quæ res ingentem timo-
rem omnibus fecit. ⁴ Hujus epistola militaris est ad vi-
carium suum data hujusmodi: Si vis tribunus esse, imo-
si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alie-
num rapiat, ovem nemo contingat. Uvam nullus auferat,
segetem nemo deterat: ⁵ oleum, sal, lignum, nemo exigat:

adjuvant
nat à Palatino, & requirebatur ad
versum. idem præterea collocabat:
Mille Sarmatas, mille Francos.

SALMASIUS.

¹ Mille, mille, mille.] In superiori
animadversione probavi multis, non
esse valde exigendam in ipsis saltan-
tiunculis & ballistiis pediariam le-
gem, & errare eos ostendi qui meros
trochaicos ex his versiculis efficere
contenderunt. cum enim ad saltan-
dum cantandumque fuerint compo-
sitæ, non certis legibus aut mensio-
nibus coërceri postulant: sed per so-
los rhythmos quibus fere totæ sub-
sistunt, exigi volunt. nam rhythmi-
ca sunt, non metrica. primitamen
duo versus, ut eos digestissimus, sunt
trochaici trimetri catalecticæ. qualis
ille Archilochi apud Hephaestionem:
Ζεῦ ματέ γάνγρη τὸν ἐδυστερπόν
reliqui vero partim dimetri acatale-
cti, partim catalecticæ, ut illi:

Quantum fudit sanguinis.
&c.,

Mille Persas querimus.

Dimecer autem acatalectus junctus
tum dimetro catalecticæ, integrum
tetrametrum catalecticum trochai-
cum facit. quo plurimum usi vete-

res: ac recentiores per medium sci-
derunt, & hymnos suos & cantilenas & alia id genus dimidiatis illis
trochaicis composuerunt.

² Ut duarum arborum capita infle-
ret, quas ad pedes militis diligaret.] Quas
non habet vetus liber. sic igitur icti-
be: ut duarum arborum capita infleteret,
& ad pedes militis diligaret. nempe,
arborum capita.

³ Oleum, sal, lignum nemo exigat.]
Oleum, sal, lignum: ita veteres. Sal-
lustius: neque sal, neque alia gula irri-
tamenta.

GRUTERUS.

⁴ Infleteret ad pedes.] Sic quoque
Pal. omisso illo vulgatorum, quod.

CASAUBONUS.

² Ut duarum arborum capita infle-
ret, quas ad pedes militis diligaret, easd.]
Quas. id est, quæ arborum capita.
Persicæ crudelitatis supplicium: Gra-
ci vocant Αλγοσφεδονισι. conser-
cum descriptione quæ apud Plutac-
chum in Alexandro, ubi de Bessi po-
na loquitur.

⁴ Hujus epistola militaris est.] Insita
Aurelianus surrexit, atque ad manus ac-
cessit, agens gratias militaribus verbis.

⁵ Oleum, sal, lignum, nemo exigat.]
Estat

annonā sua contentus sit. De præda hostis, non de lacrymis provincialium, habeat: ¹ armata res sint: ² ferramenta

Extat lex Constantini & Constantii
A. A. hujusmodi, Ne quis comitum,
vel tribunorum, aut præpositorum, aut militum nomine, salgani gratia, culcitas, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus:
sed nec volentibus hospitibus in prædictis
speciebus aliquid auferant. vide in Pe-
scennio Nigro.

SALMASIUS.

1 Arma terfa sint, ferramenta samiata.] Manifesto distinguit heic ab armis ferramenta. sed nonne arma quoque ex ferro? ferramenta vocat omnia quæ aciem, aut acumen habent, ut contos, lanceas, jacula, spathas, gladios, & id genus: eaque sola samiari dicuntur. armorum autem nomine intelligit clypeos, loricas, cataphractas, cassides & hujus generis cetera, quæ proprie tergeri dicuntur ut splendeant, non autem cotis indigent ut acuantur & samientur. insignis & notatu digna hæc differentia armorum & ferramentorum. arma enim veteribus proprie dicebantur scuta. unde arma ancilia. sic ὁὐλαὶ Græci quoque accipiunt. arma igitur hoc loco sunt τὰ ἀρματικά, quæ vulgo arma defensiva dicimus: ferramenta vero quæ vocamus offensiva. Ferramenta militis omnia ea tela dicuntur quæ pungunt & cædunt. sic supra ferrum de gladio dici vidimus. nam Aurelianum, quod vulgo esset exerendi gladii cupidus, militari cognomento manu ad ferrum vocabant milites. sic arma & ferrum distinguit Virgilius:

Arma diu senior desueta trementibus
ero

Circundat nequicquam humeris, & in-
tice ferrum

Cingitur. —

ut alibi ferrum & clypeum:

Heic ferro accingor rursus, clypeo queque si-
nistram

Insettabam amens.

& ferrum idem pro ense etiam alio loco:

— Heic Juno Scætas sevissima portas
Prima tenet, sociumque furens à navi-
bus agmen

Ferro accincta vocat.

Tacitus lib. I. Annal. at ille moritum potius quam fidem exueret clamitans, ferrum à latere deripuit, elatumque defebat in peñus. sic Cicero oratione in Catilinam sicas & gladios ferramenta vocat: Tum Cethagus qui paulo ante ali- quid de gladiis ac sicas quæ apud illum itidem erant deprehensa respondisset, dixi- setque sè semper bonorum ferramentorum studiosum esse.

CASaubonus.

2 Ferramenta samiata.] Nonius Marcellus: Samium est acutum: unde samiare est acuere. Ausonius:

Samium Lucumonia acumen.

Glossæ, Samiator, ἀνγυνής. & in Græcorum Tacticis libris, σαμιά-
ται, pro eodem.

SALMASIUS.

2 Ferramenta samiata.] Samiare est acuere à Samio, quod acutum significat. hæc est omnium hodie doctorum consensu firmata opinio, quæ auctorem habet alium nullum veterem, quam Nonium. sane si Samium erit acutum, nihil vetabit, quomodo Chium, Naxium, Creticum, & Cyprus acutum quoque significant. verba illius egregii auctoris perpendamus. postquam Samium testeum esse dixit, ejusque significacionis testimonia posuit, addit: Samium rufus acutum: unde & samiare dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat. unde id didicisti bone vir? en tibi Lucillium testem:

Testam sumit homo Samiam. —

qua sibi præcidit, scilicet, id quo vir erat. testa Samia, est testa acuta, qua sibi demessit virilitatem: ut acuto

Ecc silice

foliis 8
menta samiata, calceamenta fortia. ¹Vestis nova ve-

stem

silice illa pondera sibi devolvisse Attim scripsit Catullus. sed non vidit ineptus & futilis auctor Samiam testam apud Lucillium dici, quæ ex Samia terra erat facta, ut Samium catinum & Samiæ capedines, ex eadem terra Samia factæ. testa autem utebantur Galli ad virum sibi demetendum, quam Samiam ἐπιθετῶς vocavit Lucilius, de loci nomine ubi optimæ siebant testæ. nolle eruditissimum virum adeo ~~ante~~ fidem Nonii secutum esse, ut sola ejus auctoritate nixus Samium pro acuto in illo versu Ausonii acciperet:

Anticipesque tuum Samii Lucumonis acumen:

quod ita omnibus hactenus persuasit, ut nemo sit, qui dubitet Samium esse acutum, & Samium Lucumonem pro acuto dictum Ausonio. quæ interpretatio adeo est aliena, ut alienorem excogitari non possem posse. versum autem Ausonii ita minima mutatione debere emendari res ipsa clamat.

Scillite decies non si purgeris aceto,

Anticipesque tuo Samii Lucumonis acu-

men.

id est, & tuo acumine anticipes & antistes Samii Lucumonis ingenii acumen. quis autem Samius Lucumoni si Pythagoras, quem τὸ Σάμιον absolute vocant plerumque scriptores & Σάμιον σοφόν; quem locum Ausonii recte accepit olim Johannes Salisberiensis in Euthetico suo in Polycraticon. ita enim allusit ad Ausonii versum:

Tardus ad hunc Samius si certet acumine

mentis,

Indoctusque Plato, Varroque stultus erit. idque adstruam alibi, Deo juvante, pluribus. nunc nobis erat in animo perficere ne Samium esset acutum. atque id jam putamus satis præstítisse. sefellit hæc res Nonium: qui enim videbat sua ætate samiare dici pro acuere, & legebat Samiam testam

apud Lucillium, qua sibi ille nescio quis testiculos præcidisse dicebatur; putavit, quoniam ad eum usum adhiceretur, acutam esse oportere, & sic Samiam acutam exposuit, & addit etiam hanc rationem: *quod in Sami hoc genus artis polleat.* sanè & in Naxo, & in Armenia, & in Cypro, nisi fallor, ubi optimæ cotes nascuntur, non propterea tamen, Cyprum aut Naxum acutum dixeris. sed nec si samiare est acuere, Samia cos erit acuta qua acutum reddit, sciendum est igitur samiare esse dictum à Samia cote. non rarum est enim aut novum, ut adjectiva rerum pro ipsis substantiis usurpentur. ut Samia absolute pro cote Samia. à qua samiare, acuere. sic Samiæ placentaæ veteribus nobilitatæ fuerunt. inde Samiæ sine adjectiōne placentaæ dictæ Tertulliano, l. iii. adversus Marcionem: *non tamen ut de glebis credas te unquam placentas οἱ σαμιαὶ coacturum.* at Σάμιοι τῶν Αἰγαίων Græci. sic δελφικὲς τεῖποδες, Latini Delphicas simpliciter dixerunt. idem in aliis sexcentis observavi, quæ enumerate longum esset. sic igitur samia est ἀνγυῖ. atque inde samiare, ἀνγυῖ. acutare etiam dicebant, & acutatores ἀνγυνταί. Glossæ: ἀνγυντης, samiarius, cotiarius, acutator. vide samiarium, à samia, ut cotarium à cote dictum. Græcis θεράπεια est acutari. Dosiades in βεβουσιον nondum edito:

Μαύλιες οἵ ὑπέρθε πετεχῶν Ναξιαὶ θεράπεια.

CASAUBONI.

[*I Vestis nova vestem veterem excludat.*] Præceptum est τὸ οἰνορομικῆς: non expectandum matrifamilias ut de veste nova suis prospiciat cum priori usu triverint; sed dum adhuc cistæ plenæ, mature providendum.

SALMASIUS.

[*I Vestis nova veterem vestem excludat.*] Semper vestes novæ veteres excludunt.

Bzlt
fem veterem excludat. ¹ Stipendium in balteo, non in popina habeat. ² Torquem brachialem & annulum apponat: ³ equum sagmarium suum defricet, ⁴ capitum ani-
Sagmæ - fact. saddle *foder*
malis

cludunt. sic novitate vetustatem excludi, dixit Servius: quidam intelligent proprietas esse, replicando vetera quandam facere novitatem, ac per hoc excludere vetustatis injuriam. nihil aliud igitur hoc loco voluit Aurelianus quam ut milites bene vestiti essent, & bene calceati, & bene armati. ideo optimi quique duces semper & arma & vestes militum prospicerent, ut si novis opus esset, acciperent. Spartianus de Avidio Cassio: arma militum septima die simper respexit, vestimenta etiam, calcamenti & ocreas. Capitolinus de Maximino: tunicas & omnia arma illorum quotidie circumspicere, calcamenti a quintiam ipse propriebat. dicebat enim Alexander Severus referente Spartiano: militem non timere nisi vestitum, armatum, calceatum & saturum. hoc est quod injungit Vicario suo Aurelianus hac epistola.

CASAUBONUS.

¹ Stipendium in balteo.] In Alexandro: miles non timeret nisi habens aliquid in zonula. mos pueris notus.

GRUTERUS.

² Torquem brachialem & annulum apponat.] Abest Palatino copula & forsan non male, ut tria notet, torquem, brachiale & annulum. si sic auferenda littera à voce brachiale, ut brachiale sit dextrocherium. sed enim cum & supra visatur brachiale, posset, & hec obtinere locum.

³ Equum sagmarium suum defricet, capitum animal non vendat.] Pal. equum & sagmarium suum defricet. capitum animalis non vendat.

SALMASIUS.

¹ Stipendium in balteo, non in popina habeat.] Legebam, stipendium in baltheum, non in popinan abeat. cuius lectionis me nondum poenitere de-

bet: quomodo enim in popina stipendium habere possit miles, quod non amplius ejus est. sed popinarii at eleganter dicitur stipendium in baltheum abire mili, non in popinam quod in baltheo servat, non autem in popinam desert. si quis putabit ex vulgarata lectione eundem sensum effici posse, eam per me retineat licet. praeter baltheum, in quo condebant stipendium suum milites, aut si quam ex alia causa pecuniam haberent; fundam etiam, vel ventralem gerebant, cum aliquot nummulis in vicuum quotidianum expendendis. præcingi auro milites Petronio dicuntur, qui in baltheo aurum habent. sed hæc alias.

² Torquem brachialem & annulum apponat.] Tollenda copulativa particula, auctore vetere libro, & legendum: torquem, brachialem, annulum apponat. quibus verbis vult Aurelianus, ut miles torquem & brachialem & annulum habeat & gerat. nam apponere annulum aut torquem est induere. sic ponere vestem pro induere dixit Tertullianus de Pallio, ut ibi dicturi sumus. sic Græci βάλλεται recentiores Latini mittere pro eodem usurparunt. ita plane nobis hodie, vestem mittere, est induere. in Plauto vero & Terentio, apponere positum est pro deponere. quorum ille, onus appone dixit. hic autem; rastros appone. pro quo frequentius est recentioribus scriptoribus, exponere. ut exponere vestem Tertulliano & Cypriano. exponere Episcopos B. Hilario: exponere vigorem Arnobio. sed hæc alibi.

³ Equum sagmarium suum defricet.] Palatinus: equum & sagmarium suum defricet. sagmarium ab equo distinguit. sic in vita B. Hilarii: quod ubi vir Dei comperit, protinus & ipse pedibus ites ingressu, urbem Romam, sine equo, sine sagmâ-

malis non vendat, ¹ mulum centuriatum communiter cūret. ² Alter alteri quasi servus obsequatur: à medicis gratis cūrentur, ³ aruspīcībus nihil dent: in hospitiis caste

se

sagmario intravit. & ita etiam forte legendum apud Lampridium in Helligabalo: quæ pilento, quæ equo, quæ sagmario, quæ asino veheretur. equus igitur exit qui dominum vehit; sagmarius qui sarcinas. nam equum heic videtur appellare qui sellam fert, & distinguere à sagmario qui sagmam portat. sellarii equi dicebantur ut sagmarii. selliferus in epigrammate veteri:

*Currere selliferum per loca cogis equum.
at sigma in sagmario proprie est onus. vulgo cargam appellamus. inde sagmari asinum, vel equum, est onerare.
& equus sagmatus, onustus. optimæ Glossæ, sagmat asinum, orioꝝ övov.
vulgo legitur saginat. perperam. & sagmatus, σεσαὶ πότιον. codem errore scriptum est, saginatus. ut & in altero Glossario: σεσαὶ πότιον, saginatus. legge, sagmatus. eadē Glossæ, sagmam, σεσαὶ πότιον interpretantur. re&c. sed editum est, sagina, non recte. sigma, σεσαὶ πότιον. quod nomen et si corruptum, hodieque servamus, nam somam dicimus.*

4 Captum animal non vendat.] Quare prohibet Aurelianus militem captum animal vendere? aut quis unquam, vel à severissimis ducibus idem factitatum legit? æstuabam totus, cum me explicuit optimus liber, cui tam multas in his libris emendationes debemus. is enim habuit: capitum animalia non vendat. de cuius lectionis veritate non diutius quærendum: nam nec dubitandum quidem. capitum animalis quid sit, jam aliis præceptum ut docerent. sed unde vox illa, Gracane an Latina, nondum vidi qui docuerit. est autem pure Græca, quam Latini usu, fecerunt suam. capitum est pro caputum. nam Græcum est, καπνήτων. καπνή, edere & vorare significat. unde &

καπνη πρεσέπε, δοπὶς καπνήν απ' αὐτῆς. inquit Hesychius. hinc καπνίων καπνίων. quod idem est quod καπνίων. & inde καπνητον. Hesychius: καπνητον, σεσαὶ πότιον αλόγων.

CASAUBONUS.

1 Mulum centuriatum comiter cūret.] Soluta veteris militiae disciplina, cēperant singulis centuriis muli depūtari ad sarcinas vehendas. is est mulus centuriatus, ut explicat recte Hadrianus Turnebus.

SALMASIUS.

1 Mulum centuriatum comiter cūret.] Ridicula lectio. quid enim comitatis est in curando mulo? Cæci esset non videre scribendum: mulum centuriatum communiter cūrent. mulus centuriatus erat communis roti centuriæ. recte igitur καπνητον αλόγων, mulum communem communiter vult cūrari.

2 Alter alteri quasi servus obsequatur.] Alter alteri quasi innemo, quasi servus obsequatur. ita Palatinus. sed divinet alius, qui majorem habet divinandi scientiam. ego, quid ibi velit, aut quid sit illud innemo, nescio.

GRUTERUS.

1 Mulum centuriatum communiter cūrent.] Ita benè Pal. editi anteā, comiter. valde frivole.

2 Alter alteri quasi servus obsequatur.] Palatinus addit, Alter alteri quasi in nemo, quasi servus obsequatur.

CASAUBONUS.

3 Aruspīcībus nihil dent.] Præceptum Catonis Censorii: Villicus baruspīcī, angūrem, bariolum, Chaldaea ne quem consuluisse velit. unde Columella libro primo capite viii. Arnspices sagasque, que miraque genera vana super-

se agant, qui litem fecerit, vapulet. Inveni nuper in Ul- 8
pia bibliotheca inter linteos libros epistolam divi Va-
leriani de Aureliano principe scriptam: quam ad ver-
bum, ut decebat, inferui. *Valerianus Augustus Anto-*
nino Gallo consuli. Culpas me familiaribus literis² quod
Posthumio filium meum Gallienum magis quam Aurelia-
no commiserim; quum utique & severiori & puer creden-
dus fuerit & exercitus: nec tu id diutius judicabis, si bene
scieris quantæ sit Aurelianus severitatis. Nimius est,
multus est, gravis est,³ & ad nostra jam non facit tem-
pora. Testor autem omnes deos, me etiam timuisse⁴ ne-
quid

superstitione rudeis animos ad impensis, ac
*deinceps ad flagitia compellunt, ne admis-
erit. quod & repetit libro xi. capite*
primo. De aruspicum collegio jam
temporibus Claudi paullatim defi-
ciente, eorumque disciplina exole-
scente, lege Tacitum Annali xi.

SALMASIUS.

1 *Inter linteos libros.*] De linteis
libris omnia jam vulgata. linteos
autem istos libros mappas vocabant.
Auctores de terminibus: terminus si
scriptus fuerit, & punctos habuerit lit-
teris Græcis, sequeris cursum ejus à Sion
hoc est ab Oriente per litteras Græcas de
mappa. item: qui mappa, quas lineas
habuerit, obseruetur item: in mappa Al-
bensum inveniuntur hæc. id est, in libris
linteis Albensum. inde linteæ mappæ.
Cod. Theod. leg. 1. de alim. quæ
imp. &c. lex areis tabulis vel cerussatis,
aut linteis mappis scripta per omnes civi-
tates Italæ proponatur lex. quem lo-
cum mihi suggestit optimus & eru-
ditissimus Juretus noster. hæret ad-
huc gravissimum mendum in episto-
la Symmachii trigesima quarta libri
quarti, ubi variæ materiae librorum
memorantur: nam sic vulgo editum
est: itane me ludos facis ut que apud te
incuriosius loquer, in stylis caudices aut ti-
lie pagillares censeas transferenda? qui
sunt illi stylis caudices, aut de qua
materia facti? sed nullus dubitem

quin sit emendandum: in escult co-
dices. per æsculi codices, roboreos
codices intelligit, quorum multa
apud vereres mentio.

2 *Quod Postumio filium meum.*] Lege, Postumo, ex libriss. nam ita illi
semper.

4 *Testor autem omnes Deos.*] Vox
Deos desideratur in vetere Palatino.

CASAUBONIUS.

3 *Et ad nostra jam non facit tempora.*] Id est, seculo major est.

SALMASIUS.

5 *Ne quid etiam ergafilium meum se-
verius si quid ille fecisset.*] Hæc mire
perturbata sunt. nec id tam mirum,
quam non esse animadversam per-
turbationem eruditissimis interpre-
tibus. Palatinus pro servius cogitaret,
habet, levius cogitaret. quod de filio
Gallieno intelligit Valerianus, non
de Aureliano. nam sic totus locus
est concipiendus: testor autem omnes
Deos me etiam timuisse, ne quid etiam er-
ga filium meum severius ille fecisset, cum,
ut est pronus ad ludicra, levius cogitaret.
in qua emendatione nihil est nostri
facinoris, nisi hoc unum, quod si quid
sustulimus ab iis intrusum, qui non
videbant fecisse heic esse pro faceret.
hanc igitur affert rationem facti sui
Valerianus, quod filium Postumo
potius quam Aureliano credideit.
tantæ enim esse severitatis Aurelia-

E e 4 num

quid etiam erga filium meum severius,¹ si quid ille fecisset, ut est natura pronus ad ludicra, sevius cogitaret. Hæc epistola indicat quantæ fuerit severitatis, utilum Valerianus etiam timuisse se dicat. Ejusdem Valeriani alia est epistola quæ laudes illius continet: quam ego ex scriniis præfecturæ urbanæ protuli. Nam illi Romam venienti salarya sui ordinis sunt decreta. Exemplum epistolæ: *Valerianus Augustus Ceionio Albino præfecto urbi. Vellemus quidem singulis quibusque devotissimis Reipub. viris² multo majora deferre compendia quam eorum dignitas postulat, maxime ubi honorem vita commendat. Debet enim quid preter dignitatem pretium esse meritorum. Sed facit rigor publicus, ut³ accipere⁴ de provinciarum oblationibus ultra ordinis sui gradum nemo plus possit. Aurelianum fortissimum virum ad inspicienda & ordinanda castra omnia destinavimus: cui tantum à nobis atque ab omni Republica, communi totius exercitus confessione, debetur, ut digna illo vix aliqua vel nimis magna sunt munera. Quid enim in illo non clarum? quid non Corvinis & Scipionibus conferendum? Ille liberator Illyrici, ille Galliarum restitutor,⁵ ille dux magni totius exempli. Et tamen nihil*

num, ut timuerit ne quid erga filium severius faceret, cum, ut erat pronus ad ludicra, levius cogitaret. pueri autem & ludicra amantis proptium est, leviter cogitare. qua quidem levies & pueriles cogitationes & ludicra, non impunitæ existent apud Aurelianum. ea erat ejus severitas, atque id timuit pater Valerianus, puerumque alteri minus severo commisit.

GRUTERUS.

¹ Si quid ille fecisset (ut est natura pronus ad ludicra) levius, cogitaret.] Duarum mutatione litterarum restitui hunc locum, antea nemini non legitum nec intellectum. edebatur enim, ad ludicra sevius cogitaret.

⁴ De provinciarum oblationibus.] Vetus videtur, quod est in Pal. inflationibus.

CASAUBONUS.

² Multo majora deferre salarya quam eorum dignitas postulat.] Ut cum exempli gratia tribuno salarya ducis defruntur, ut in vita Claudi. his opponuntur qua modo auctor vocabat, salarya sui ordinis. sic mox, oblationes ultra ordinis sui gradum.

SALMASIUS.

³ Accipere de provinciarum oblationibus.] Vetus editio: illationibus.

⁵ Ille dux magni totius exempli.] Male vir doctissimus, qui cum assentiatur, vir magni exempli, & vir totius exempli, Latinas esse locutiones, Latinam

hil præterea possum addere tanto viro ¹ ad muneris gratiam quam patitur sobria & ² bene gerenda Respub. ³ Quare sinceritas tua, mi parens charissime, ⁴ supradi-
cto

tinam tamen eam negat, qua utrumque junctim dicitur: vir totius magni exempli, cuius diversitatis rationem mihi non apparere fateor. nam & vir magni exempli & vir totius magni exempli, quare dici non possit, non video: ut magna fortunæ vir, & totius magna fortunæ. sic enim loquebantur illa ætate. sed & vir aut femina exemplum dicebatur, & vir exempli, & vir ad exemplum. vetus inscriptio:

Exemplum periit, castæ lugete pueræ. & in alia inscriptione: vir ad exemplum præcipius. hinc ad exemplum equitare supra, & ad exemplum quid fieri, quod perfecte sit, & omnibus numeris.

CASAVBONVS.

5 Ille dux magni totius exempli.] Latina locutio est, vir exempli, vel, vir magni exempli. Quintilianus declamatione sexta: Illa exempli mulier, illa seculi decus, virum redimi noluit. vetus lapis Tiburtinus: PATRONO. MUNICIPI. CYRATORI. MAXIMI. EXEMPLI. Latina etiam locutio est, vir totius exempli. nam ita locuta est posterior ætas. Lucifer Caralitanus libro II. pro Athanasio, fecisti damnari à sacerdotibus suis totius virum innocentie. lapis ad Veronam. PETRONIO. PRO-
BO. V. F. TOTIVS. ADMIRATIONIS. V.
item in alio. VIRGO. TOTIVS. BONITATIS. minus Latina locutio est, vir magni totius exempli. & fortasse absit melius vox magni.

SALMASIVS.

1 Ad muneris gratiam quam patitur.] Mihi videtur legendum, & distinguendum: & tamen nihil præter ea possum addere tanto viro ad muneris gratiam, quæ patitur sobria & bene gerenda respublica. quod lucidius esset, si hoc ordine collocaret: & tamen nihil pos-

sum addere tanto viro ad muneris gratiam, præter ea quæ patitur sobria & bene gerenda resp. potest tamen fieri ut præterea, sit hoc loco positum, pro amplius. præterea quam patitur resp. hoc est, amplius quam patitur. & sic esset nihil movendum.

3 Quare sinceritas tua mi parens carissime.] Melius esset, & magis ex formula: quare sinceritas tua Ceioni parens carissime. nam ad Ceonium haec scripta est epistola. sic in Novellis Theodosii: Florenti parens Karissime A.A. & Apolloni parens Karissime A.A. item, Nome parens Karissime A. & alibi passim Cod. Theod. & in nostris istis scriptoribus. nihil tamen fortasse mutandum. sic enim scripsit ad Maximinum Alexander, veteres milites tibi Maximine mi carissime, atque amantissime.

CASAVBONVS.

2 Bene gerenda resp.] H' ηγλᾶς διοικηθορδίη πολιτεία. non autem διοικηθορδίη. id est, ratio sobrie & bene administrandæ reip.

GRUTERUS.

4 Supradicto viro efficiet, quandiu Roma fuerit, panes, &c.] Pal. afficiet, ut forte fuerit adjiciet.

SALMASIUS.

4 Supradicto viro efficiet quandiu fuerit Romæ, panes militares mundos decim.] Efficere panes, & vinum, & cetera: pro decernere. ut in hac ipsa epistola sub finem: decernere pabula. aut certe præbere & dare, ut alibi sapere. & mirum quidem primo genus locutionis, postea & suspectum visum est. nec me frustra suspicatum esse testis Palatinus in quo scriptum reperi: afficiet. sic etiam prima legit editio. afficere igitur rem alicui est quasi decernere, & propriam dicere

E c 5 ejus

*points
fructuosa*

cto viro efficiet, quandiu Romæ fuerit, panes militares mundos sedecim, panes militares, castrenses quadraginta, vini mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duos, porcina pondo triginta, bubula pondo quadraginta, olei sextarium unum,¹ & item olei secundi sextarium unum, liquaminis sextarium unum,² herbarum, olerum quantum satis est. Sane quoniam ei aliquid præcipue decernendum est, quandiu Romæ fuerit, ³ pabula extra ordinem decernes. Ipsi autem ad sumptus, ⁴ aureos Antoninianos diurnos binos, ⁵ argenteos Philippeos minutulos,

Sororius

eiusque eam facere. quod vulgo affertare dicimus. sic affectus esse alicui dicitur in veteri inscriptione, pro additus & deditus alicui esse. nova igitur, sed tamen eleganti locutione, afficere panes & vinum & alia, dicitur pro attribuere, assignare, & prebere, & ejus propria facere, cui afficiuntur.

¹ Et item olei secundi.] Vox secundi abest Palatino.

GRUTERUS.

² Herbarum, olerum, quantum satis est.] Pal. herbas hoheram quantum sat est.

CASAUBONIUS.

³ Pabula extra ordinem decernes.] Ad jumenta in Codice & alibi capita vocantur.

⁵ Argenteos Philippeos minutulos, q.] Iterum paullo post, argenteos Philippeos minutulos tria millia.

SALMASIUS.

⁴ Aureos diurnos binos, Philippeos argenteos minutulos quinquagenos.] Non plus in argento est, quam in auro. nam secundum ea quæ adnotabimus in sequenti animadversione, quinquageni minutus argentei, binos aureos reddunt. alterum tantum in ære accepit. denarii enim centum æris, quattuor aureos efficiunt.

⁵ Argenteos Philippeos minutulos quinquagenos.] Minutos istos Philippeos,

quorum tam frequens recursat in his libris mentio, ignorasse mihi videntur doctissimi viri, quale nummi genus fuerint. sane sciendum Latinis minutos esse, quæ Graci λεπτοὶ dicunt. sed nec hoc satis. argenteum nummum fuisse non æreum μέλισπες, ut vulgo persuasum esse video, probandum est. minutus igitur vel minutuli dicuntur apud hos autores, quos denarios dicebant veteres. qui denarii, drachmæ fere pondus, & estimationem habebant. atque ut Latinis minutus argentei pro denariis: sic Gracis τὰ λεπτὰ δραχμές ἀντὶ δραχμῶν. sed & absolute minutos appellarunt Latini, cum subintelligerent, argenteos: ut Graci λεπτοὶ, subintelligentes δραχμές. λεπτοὶ igitur sunt drachmæ. Hesychius dicit λεπτοὶ esse ἑξακιχλιόσδε πελάρτη. quis nescit autem talentum sex milibus denarium vel drachmarum valuisse? manifesto ergo ille λεπτοὶ, διπλαὶ δραχμῶν posuit. sic λεπτοὶ δύο in Euangelio Hilarius in enarratione Psalmi cxxviii. exponit duos denarios: duos denarios inopis vidue acceptiores Dominus ait copiosis divitum nummis. quadrantem, qui duos minutos habere dicitur in Euangelio, definiunt esse unciae quartam partem. duo minutus sunt in quadrante. sic minutus octava pars unciae, ut duo minutus, quarta. octo igitur minutus in unciam incus-

tulos, quinquagenos, aeris denarios centum: reliqua per praefectos aerarii præbebuntur. Frivola hæc fortassis cui-¹⁰
piam & nimis levia esse videantur, sed curiositas nihil
recusat. Habuit ergo multos ducatus, plurimos tri-
bunatus, vicarias ducum & tribunorum diversis
temporibus prope quadraginta, usque adeo ut etiam
Ulpianus Criniti, qui³ se de Trajani genere referebat, &
fortissimi re vera viri & Trajani simillimi, qui pictus
est cum eodem Aureliano in templo Solis, quem Va-
lerianus Cæsarialis loco habere instituerat,⁴ vicem su-
meret, exercitum duceret, limitem restitueret, præ-
dam militibus daret: Thracias bobus, equis, manci-
piis, captivis locupletaret: manubias in Palatio collo-
caret: quingentos servos, duo millia vaccarum, equas
mille, ovium decem millia, caprarum quindecim mil-
lia, in privatam villam Valeriani congereret.⁵ Tunc
enim Ulpianus Crinitus publice apud Byzantium seden-
ti Valeriano in thermis egit gratias, dicens, magnum
de se judicium habitum⁶ quod eidem vicarium Aure-
lianum dedisset: quare eum statuit arrogare. Interest¹¹
epistolas nosse Aureliano scriptas, & ipsam arrogatio-
nem.

incurrunt, ut octo drachmæ. & sic
minutus & drachma vel denarius
sunt ἰσοδιάμετροι. sed clare Epiphanius:
σικλῶν ὁ λέγεται καὶ κυδράντης,
τετράπολος ἡ ἑπτάριας, ἡ μισθία ἡ τρι-
συνῆρος, δύο δράχμαις ἔχειν. duas
drachmas dixit auctor ille, quæ alii
minuta. minuti igitur vel minutuli
omnibus locis hujus historiae, sunt
quos denarios vetustiores vocant au-
ctores, quorum viginti quinque au-
reum unum efficiebant. de quibus
τὸν τολμαῖτον in nostro ad vetus Ra-
tionale imperii commentario, ubi
multa in hanc usque diem inaudita
& invisitata hac de materia profere-
mus.

GRVTERVS.

¹ Vicarias ducum.] Palatinus, va-
rios ducum.

³ Sed de Trajani genere referebat.] Sic
& Pal.

⁶ Tunc enim Ulpianus Crinitus.] Palat.
tunc cum Ulpianus.

CASAUBONUS.

² Qui se de Trajani genere referebat.]
Melius, serebat.

⁴ Vicem sumeret.] Vicarius illius
esset.

⁷ Quod eidem vicarium Aurelianum
dedisset.] Eadem, pro sibi.

SALMASIUS.

⁵ Limitem restitueret.] Pal. limite re-
stitueret. an limites?

⁶ Tunc enim Ulpianus Crinitus publice.]
Tunc cum Ulpianus Crinitus, ex veteri edi-
tione, & Palatino.

¹ Nunq.

nem. Epistola Valeriani ad Aurelianum: *Si esset alius, Aureliane jucundissime, qui Ulpia Criniti vicem posset implere, tecum de ejus virtute ac sedulitate conferrem.* ¹ *nun tecum requirere potuisssem. Suscipe bellum à parte Nopolis, ne nobis agitudo Criniti ob sit.* ² *Fac quicquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate militiae magisterium.* ³ *Habes sagittarios Ityreos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas centum quinquaginta, Saracenos ducentos,* ⁴ *Mesopotamios auxiliares quadragecentos: habes legionem tertiam Felicem, & equites cataphractarios octingentos.* ⁵ *Tecum erit Hartomundus, Haldegates, Hildemundus, Cariovicus. Commeatus à præfectis necessarius in omnibus castris est constitutus. Tuum est pro virtutibus tuis atque solertia illic hyemalia & aestiva disponere, ubi tibi nihil deerit: quarere præterea?* ⁶ *ubi carago sit hostium, & vere scire*

maled

wagon camp

¹ *Nunc tecum requirere potuisssem. JVi-*
tium hujus loci non est magnum: nec in defectu est, ut vulgo putarunt. si hunc pro nunc legeris, locum sanum & integrum audebo præstare. sic igitur scribe: si esset alius, Aureliane jucundissime, qui Ulpia Criniti vicem posset implere, tecum de ejus virtute ac sedulitate conferrem: hunc tecum requirere potuisssem. & hic sensus est: si esset alius, qui Criniti vicarius posset esse, tecum de ejus virtute conferrem: cum tecum requirerem, ut vicem Criniti vellet implere, non est autem alius, qui possit. hunc igitur ipse suscipe.

³ *Fac quicquid potes. Multa non dico, in tua erit potestate.]* Vitiosa interpu-

² *ntio: quam sic corrigere: fac quicquid potes, multa non dico. In tua erit potestate militie magisterium. non dico, ut multa facias, sed quicquid poteris.*

⁵ *Mesopotamios auxiliares.]* Palatinus: Mesopotamens. Μεσοποταμιοί, qui τὸν ἔθνος illis gentibus familiaris est. Mesopotamenses etiam alibi mini lectum est. at Stephanus ἔθνη γένεσις, neutrum horum adfert, sed Μεσοποταμοί φύεται.

⁶ *Tecum erit Hartomundus, Halde-*

⁷ *gates, Hildemundus, ita scribuntur isti in Palatino & veteri editione. Hartmundus antem esse puto idem nomen cum Far-*
mundo vel Faramundo.

GRUTERUS.

¹ *Nunc tecum requirere potuissim, &c.]* Locus minime defectuosus. dicit enim, quamvis licuisse conferre cum Aureliano de successore digno virtutibus Criniti, nullum tamen inveniendum qui ei præferretur.

⁶ *Tecum erit Hartomundus, Halde-*
gates, Hildemundus.] Pal. Marionmundus, Haldegates, Hildomundus.

CASAUBONUS.

¹ *Nunc tecum requirere potuissim.]* Locus est mutilus, & defectus non insigniendus.

² *A patre Nicop.]* Parte.

⁴ *Habes sagittarios Ityreos.]* Ιτυρεοί. nota vulgo gens Syria ex Geographis, Virgilio & omnibus historicis.

⁷ *Ubi carago sit hostium.]* Hic pro castris accipit. nam carri in orbem dispositi barbarorum fuere castra, sic ut antea diximus.

quanti qualesque sint, ¹ ut non vinum aut annona consumatur, aut tela jaciantur in quibus res bellica constituta est. Ego de te tantum, Deo favente, spero quantum de Trajanu, si viveret, posset sperare Respub. ² Neque enim minor est, in cuius locum fidemque te legi. Consulatum cum eodem Ulio Crinito in annum sequentem à die undecimo Calend. Juniarum, in locum Gallieni & Valeriani, sperare te convenit sumptu publico. Levanda est enim paupertas eorum hominum ³ qui diu reipublice viventes, pauperes sunt, ⁴ & nullorum magis. His quoque literis indicatur ⁵ quantus fuerit Aurelianu, ⁶ & re vera. neque enim quisquam aliquando ad summam rerum pervernit, qui non à prima ætate gradibus virtutis ascenderit. Literæ de consulatu. *Valerianus Augustus Aelio Xifidio præfecto ararii. Aureliano, cui ⁷ consulatum de-*

tuli-

SALMASIUS.

¹ Ut non vinum aut annona consumatur, aut tela jaciantur, in quibus res bellica constituta est.] Non aliud locus magis expertus est quid valerent correctorum ingenia quam hic. quid enim, rogo te, sibi voluere, cum reponerent, aut tela jaciantur, pro tela jacatur aut jaciantur, quod in veteri libro est? hanc correctionem puto nos debere Bono Accursio Pisano. vellem equidem tam certus esse hujus lectionis quæ vera est, quam certum habeo hanc prius esse falsam. forte legendum: ut non vinum aut annona consumatur, aut alia jaciantur, in quibus res bellica constituta est. mandat Aureliano Valerianus, ut ad verum sciat, quales quanti hostes numero sint, ut non vinum aut annona frustra consumeretur, aut alia prodigerentur, in quibus res bellica constituta est. jacerem enim heic est prodigere. sic Græcis πίττιν de ea re quæ temere prodigitur. lectionem autem ipsam veterem idcirco proposui, ut meliora afferendi non desit iis facultas, qui meæ conjectura non standum judicabunt, cui & ipse non cùm acquiesco.

³ Qui diu reip. viventes pauperes sunt.] Qui diu in rep. viventes, pauperes sunt. ita reponendum ex Palatino.

⁶ Et revera neque quisquam aliquando.] Neque enim quisquam aliquando.

CASAUBONUS.

² Neque enim minor est, in cuius locum fidemque te legi.] Malim, minor es eoniam hoc vult: non esse Aurelianum Ulio Crinito minorem, cui destinabatur vicarius Aurelianu. pro fidemque, scribo, vicemque, ex charissimi Lettii conjectura.

⁴ Et nullorum magis.] Scribe, ut nullorum magis.

⁵ Quantus fuerit Aurelianu, & re vera.] Pone τελείων σισέλο post Aurelianu. deinde erit sententia planior, si scribas, & erat re vera.

GRUTERUS.

² Neque enim minor est, in cuius locum fidemque te legi.] Sic & Palat.

⁷ Consulatum detulimus ob paupertatem, qua, &c.] Nescio sane an ob paupertatem Consulem fecerit. fecit potius ob alia merita in Rempubl. quare præstiterit interpongere: cui Consular-

tum

tulimus ob paupertatem, qua ille magnus est, ceteris major, dabis ad editionem Circensium aureos Antoninianos trecentos, ¹ argenteos Philippeos minutulos tria millia, in are H-s. quinquagies, ² tunicas multicias viriles decem,

Branchus
tum detulimus, ob paupertatem quā ille magnus est, ceteris major, dabis, &c. ut scilicet caussam ponat, cur ei sufficere debat sequentia omnia praefectus arii.

CAS AUBON U S.

¹ Argenteos Philippeos minutulos tria millia.] Non dubito quin ad missilia Consulum hæc summa pertineat. Solebant enim Consules pecuniam in populum spargere; auream quidem imperatores, argenteam vero privati. propterea tot isti dantur Aureliano minutuli Philippei argentei. Ex Justiniani constitutione cv. permisum fuit Coss. argentum spargere in minoribus nummis, putâ miliaresibus, μύλοις, κωνίοις καὶ τεργατοῖς, & similibus.

² Tunicas multicias viriles decem, lineas Ægyptias viginti.] Erant illa ætate in frequenti usu tunicae quædam multicias sive πολύμιχται, & subsericas, cum lineis permagni item pretii. quare hæc duo genera vestium jungi solent, ut hoc loco & aliis quos ad librum superiorem attulimus, cum de paragaudis tractaremus. lineas autem vestes Ægypto peti solitas sæpe diximus. vide Gallieni vitam. Vopiscus in Carino: Nam quid lineas petitas Ægypto loquar? sed petebantur & ex aliis provinciis: nam subjicit Vopiscus, quid Tyro & Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles? Linearum Afrarum in hac vita meminit Vopiscus.

S AL M A S I U S.

² Tunicas multicias viriles decem.] Addit viriles, quia multicias etiam mulieres. Juvenalis:

— ne tacito bilem tibi contrahat uxor
Humida suspectis referens multicia rugis.
multicias tunicas à subsericis distin-

guunt, & πολύμιχται interpretantur, nolle factum. nam multicias tunicas heic appellari censeo, quas alii tunicas subsericas vocat, & semper jngit cum lineis. sed ut ita esse credimus, rem ipsam auctorem dabo. Juvenalis:

— sed quid
Non facient alii, cum tu multicia sumas,
Cretice? —

paulo post:

Damnetur si vis etiam Carnifex, talen-
Non sumet damnata togam. —
omnino igitur intelligit togam sericam, quæ tunc erat ad usum mollium & delicatorum. Quintilianus lib. xii.
sed me haec tenus cedentem nemo inserviat
ultra. do tempori ne toga crassa sit non serica. sericam igitur togam multicia vocat Juvenalis: quod etiam sequentia ostendunt.

Acer & indomitus, libertatisque magister
Cretice pelluces. —

nam pellucide vestes sericas, sericas autem cum dico, subsericas intelligi volo. non alia tunc in usu. ideo vetus interpres Juvenalis eo loco recte exponit multicia, vestes molli intexas subtemine. vitreae togæ Varroni dicuntur, quæ ita tenues ac pellucide es-
sent, ut tunicae clavos ostenderent:
quam istorum vitreae togæ ostendant invicem
clavos. multicia igitur toga est serica vel
subserica, ut multicia tunica subserica
multicum enim adjectivum, quod in
substantivum transiit. nam & multicia vestis, & vestimentum multicum, & simpliciter multicum. unde
multicia Juvenali tenues & pellucida
vestes, ut sunt sericas. sic multicia syn-
thesis. Tertulliano in libro de Pallio, et
serica synthesis, & nimia subtemi-
num tenuitate, ut loquitur Ammia-
nus, perflabilis. multicum autem
viri docti quasi multilicum dictum
arbitri

gloria *naffius*
lineas Egyptias viginti, ¹ mantelia Cypria, paria duo,
tape-

arbitrantur, ut sit quod Græci πολύμιστον vocant, sed eos falli opinor, nam ut Latini τριπλικον trilicem, & διπλικον bilicem dixerunt: sic & τὸ πολύμιστον multilicem vestem vocassent, & multilicium, si forte, τὸ πολύμιστον verum aliud est multicum vestimentum apud Latinos, & illud quod Græcis πολύμιστον appellatur à varietate & multitudine liciorum. sic enim uestes vocant varias, & animalium figuris pictas. totum aliud est multicum, quod esse dictum arbitror à multum & ictio. ergo multicum est, τὸ πολυτελεθὲν μέτπον, uestis serica bene densata & radio bene percussa. nam id tenuitatem levitatemque vestibus conciliat cum bene sunt percussæ. Athenæus: ἴδε οὐτὸς τὸ φυσικὸν πολυτελέστατον αὐτοῖς, ὅτε ἵνα πολυτελέστατον τοῖς Περσογίταις πάσι λημαζετε. ἵνα ἡ τέχνη πολυτελεθὲν τὸ φύτον καθόπιτον γένεται. Hesych. πολυτελεθὲν, γυναικεῖον. πολυτελεθὲν ad verbum est multicum muliebre, vel, tunica multicia muliebris. idem Hesych. μελοχός, πολυτελεθὲν. & fortasse inde veteribus Latinis molochina vel malachina uestis. Cæcilius apud Nonium: carbasina, molochina, ampelina. Nonius tamen molochinum colorem florimilem malva interpretatur. Isidorus molochinam, quæ ex stamine malvae conficiuntur exponit: quam alii malvellam, alii melocinam appellant. sed de his a loco & opere affatim dicemus.

CASA V BONVS.

¹ Mantelia Cypria paria duo.] Quæ alii mantilia, pertinent hæc ad mensalem supellectilem, ut accubitalia Cypria, quorum superiore libro facta est mentio.

S AL MASI V S.

¹ Mantelia Cypria.] Recte hoc loco scriptum mantelia multis hujus historiæ Augustæ locis mantelium sit

mentio. neendum inter doctos constare video quid proprie illa fuerint, sed adhuc omnia incerta de his jstantur. ut rem semel stabiliam, & hujus vocabuli significationem certam ex incerta reddam, sciendum est ex veriloqua nominis notatione mantelam esse telam vel linteum quo manus extergerentur. nam mantela proprie dicebatur: postea generis enallage, & mantelum dictum est, & mantele. sic hæc gausapa, qui Græcis ἡ ρενοτίπης, & hoc gausapum & hoc gausape. ad hunc usum igitur & in hoc significatu sumebatur apud veteres manteles. Græci χειρόμαντελα interpretantur. Pollux: λάσια ἡ σπάλεν τὰ μετάγενες χειρόμαντελα αἱς δέντε τὸ δασύτηλον. αἱς εἰδέναι καλύψι τὰς ὄνοματα μελοτελας εἴται καλεῖν. ita enim veteres libri ibi legunt. sic accipienda sunt mantelia apud Virgilium:

— tonsisque ferunt mantelia villis.

Servius: quibus manus terguntur. idem alio loco: mantelia tonsis villis: vel minutis vel compositis: ut, tonsa coma pressa corona, constat enim maiores villosas habuisse mappas. villosa igitur erant illa mantelia. Ovidius:

— villa mantele solutis.

Lucilius:

— mantela merianque.

Philargyrus interpretatur mappas. nam mappa tergendis manibus habebantur. Glossæ: mappa χειρόμαντελα. mantelia pro mappis villosis etiam sumuntur apud Plinium lib. vii. c. ii. priores Anthropophagos quos ad septentrionem esse diximus x. dierum supra Boryssinem annem, obibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantibus ante pectora uti. non dubito in Græco scriptore fuisse, αὐτὴν χειρόμαντελα, quod Plinius vertit pro mantibus. ubi mantelia pro mappis posuit. quæ vetus est ac vera hujus vocabuli notio. ridicule vero illi qui mantelia in illo Plinii loco pro thoracibus vel

lori-

Ioricis quibus munitur pectora accep-
 perant. quasi vero magnum muni-
 mentum sit, & magnopere impene-
 trabile in cute humani capitis. atqui
 mantelia veteres ante pectora pone-
 re cœnantes consueverant, ut hodie
 solemus illa linteae, quæ serviet æ no-
 bis dicuntur, quas ante pectora no-
 stra ponimus, cum mensæ adsideamus,
 & quibus manus & labra tergemus.
 verum aetate jam Plinii mantelia non
 amplius in usu erant *ἀρνιαὶ μαρτιαλί-*
τροὶ, sed integrandis mensis servie-
 bant. Martialis:

Gausapæ vel mantele.

Nobilius villoſa tegunt tibiale ac citrum.
 Orbibus in nostris circulus esse potest.
 atque hoc tunc temporis discrimen
 statuebatur inter mappas & mante-
 lia: ut mantelia mensis operiendis,
 mappæ manibus tergendis usum præ-
 berent. nam mappæ erant brevia lin-
 teæ, quas quisque secum ad convi-
 vium ferebat. nec enim dominus eas
 subministrabat, inveniebant quidem
 apud dominum convivii mensam
 manteli instratam, sed suam unul-
 quisque secum convivarum mappam
 afferebat. quod constat ex quodam
 epigrammate Martialis in Hermoge-
 nem mapparum magnum furem,
 quem scribit mappani in convivium
 attulisse, de convivio semper retulisse.
 quodam igitur die, quum furis
 metu nemo ex convivis mappam at-
 tulisset ad id convivium cui ille de-
 bebat interesse, cum nihil posset
 mapparum surripere, mantele ipsum
 furatus est quo mensa erat instrata:

Attulerat mappam nemo, dum furtati-
mentur,

Mantle è mensa surpuit Hermogenes.
 hinc mappæ breves eidem Martiali
επιτελέσσως appellantur:

Et usni triples, brevesque mappæ.
 sic apud hos auctores passim mantele
 pro mensæ integumento accipitur.
 hinc mantelia in mensam mittere, & man-
 telia mittere simpliciter dicunt & man-

telibus sternere. Spartianus in Heliog-
 balo: exhibuit parasitis cœnas de cœna,
 & nonnunquam tot picta mantelia immo-
 sam mittebat his edulibus picta quæ appre-
 nerentur. mittere mantelia Lampridius
 in Alexandro dixit: convictione neq;
 opiparum neque nimis parcum, sed nitidum
 summi fuit: ita tamen ut pura mantua
 mitterentur. mitterentur, in mensam
 scilicet. quomodo vulgo in nostro
 idiomatico loquimur nam mappam mis-
 tere pro mappæ mensam in sternere di-
 cimus. sic aulæum in scena mittut, &
 sternere idem. Phædrus:

Aulæo missō, devolutis tonitribus.
 aulæa sternere apud Donatum: aulæ
 quoque in scena intexta sternuntur, pro qua-
 bus spiparia posterior etas accepit. sic etiam
 mantelia sternere, & mantelibus sternere
 dicebant. Trebellius scribit Gallienum
 mantelibus aureis semper stravisse.
 Isidorus: mantelia nunc pro operiendis
 mensis sunt, quæ ut nomen ipsum indicat
 lim tergendis manibus precebatuntur. at
 mappam infima Latinitas etiam pro
 mensæ tegimine usurpavit. inde no-
 strum nappe de manteli vel mensa o-
 perimento. nam in litteram vertimus
 in n. sic mattam hoc est tegetem & sto-
 ream, narram vulgariter vocamus.
 mappæ autem vocabulum à Poenis
 mutuum sumpserunt Romani. &
 quodlibet regmen apud illos signifi-
 cat. hinc mappale *μαπάλη*, ejusdem
 gentis & originis vox. mappalia vel
 mapalia scribuntur. Glossæ: mappalia
μαπάλη. & ita sœpe in libris manu
 exaratis scriptum invenitur. qua de
 re nos alibi.

[*Stragula Maura decem.*] Verus li-
 ber: stragula Maura, stragula jaculi ge-
 nus est: & Maura jacula sunt nota.
 nihilominus stragula heic retinenda
 verus sane scribendi vitium, stragula
 pro stragula. sic piracula Ditis testatur
 Servius in vetustissimis exemplari-
 bus scriptum fuisse apud Virgilium,
 pro spiracula. sic castoria apud Plautum
 & Nonium, quæ est scafeteria *μαρτιαλί-*
 quoque

tum, oves centum: convivium autem publicum edi jube-
bis senatoribus, equitibus Romanis: hostias maiores duas,
minores quatuor. Et quoniam etiam de arrogatione a-
liqua me dixeram positurum quæ ad tantum princi-
pem pertinerent, quæso ² ne odiosior verbosiorve ea
re videar: quam fidei causa inferendam credidi ³ ex
libris Acholii, qui magister admissionum Valeriani
principis fuit, libro Actorum ejus nono. Quum con- ¹³
sedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzan-
tium præsente exercitu, præsente etiam officio pala-
tino, assidentibus Memmio Fusco consule ordinario,
Bebio Macro præfecto prætorii, Quinto Ancario præ-
fide Orientis: assidentibus etiam à parte læva ⁴ Avul-
nio Saturnino Scythici limitis duce, ⁵ Murentio ad
Ægyptum destinato, Julio Tryphone Orientalis limi-
tis duce, ⁶ & Meceo Brundusino præfecto annonæ
Orientis, ⁷ & Ulpio Crinito duce Illyriciani limitis &
Thracii, & Fulvio Boio duce Rhetici limitis: Vale-
rianus Augustus dixit, *Gratias tibi agit Aureliane Rep.*
quod eam Gotthorum potestate liberasti. Abundamus per
te præda, abundamus gloria, & his omnibus quibus Ro-
mana felicitas crescit. Cape igitur tibi pro rebus gestis tuis
coronas murales quatuor, coronas vallares quinque, coro-
nas

quoque Græci scripsere pro *συγγραφ-*
δων. sed hæc alias, vetus editio etiam
heic agnoscit, *tragula*.

CASAUBONI S.

I Senatoribus & equitibus Romi.] Scrip-
be: & equit. R.

4 Avulnio Saturnino.] Regius, A-
milio. vulgata lectio vestigia servat, vo-
cis *Anulino*.

SALMASIUS.

2 Ne odiosior verbosiorque ea re videar.]
Ne odiosior verbosiorque in ea re videar. ita
potius scribendum, astipulantibus
membranis.

3 Ex libris Acolii.] Palatinus: ex
libris Acolii. vetus editio: Acolii, alias
Tom. II,

autem est Acholius qui vitam Ale-
xandri Severi scripsit. sed quis prohibe-
bit eumdem esse? per me sane sit i-
dem. nam id mihi valde verisimile
esse videtur.

6 Et Meceo Brundusino.] Et Maceo.
Pal. forte *Macio*.

GRVTERVS.

4 Avulnio Saturnino.] Sic etiam Pal.
melius tamen *Amulio*.

5 Murentio ad Ægyptum destinato.]
Palat. & Murentio Mauricio ad Eg. &c.
verum cum ceteris duo nomina de-
derit, non erit caussa cur isti unum
poneret.

7 Et Ulpio Crinito.] Palatinus Ulpio-
cio.

FF

1 Flexil.

parvum parvus uideret armis

450 FLAVII VOPISCI SYRACUSII

red nas navales duas, coronas civicas duas, hastas puras de-
allot cem, vexilla bicolora quatuor, tunicas ducales russas qua-
tuor, pallia proconsularia duo, togam praetextam, tunicam
palmatam, togam pictam, subarmalem profundum, sel-
lam eboratam. Nam te consulem hodie designo, scriptu-
rus ad senatum ut tibi deputet scipionem, deputet etiam
fasces. Hac enim imperator non solet dare, sed a senatu,
14 quando fit consul, accipere. Post haec Valeriani dicta Au-
relianus surrexit, atque ad manus accessit, agens gra-
tias

SALMASIUS.

*1 Vexilla bicolora.] Διχρωματικα. bico-
lorum pro bicolor. sic decolorum. sic inde-
ciores & indecori.*

*3 Scripturus ad senatum ut tibi deputet
scipionem.] De Consulum scipione,
non est res ignota. sed aliter fuisse ap-
pud veteres, aliter sub mediis impe-
ratoribus obseruo. veteres enim con-
sules scipionem tantum gestabant
triumphi die, aut aliis festis diebus;
at recentiores isti consules quotidie
gestabant, & cum scipione curiam in-
grediebantur. videndus Dionysius.
Juvenalis quoque Sat. x. scipionem
& coronam triumphanti tantum
consuli tribuit:*

— magna que corona.

*Tantum orbem, quanto cervix non sufficit
ulla?*

*Quippe tenet sudans hanc publicus & sibi
Consul.*

*Ne placeat, currus seruus portatur eodem.
Da nunc & volucrem sceptro quae surgit
eburno.*

Vetus interpres: *virga quam consules
portant, quia supra aquilas faciunt. postea
vero quotidianum videtur consul-
lum fuisse gestamen, scipio. nam &
consulibus designatis statim scipio-
nem deputabat senatus, ut ex hoc lo-
co constat. præterea nec consules tan-
tum, sed consulares etiam scipionem
gestabant. quod erat insigne eos fuisse
consules, & esse consulares. Ser-
vius ad illud Virgilii,*

*Et primus sceptris hand lata fronte La-
tinus.*

*primus interscepti scipios. namque apud ma-
iores omnes duces cum sceptri ingredieban-
tur curiam. postea cœperunt tantum ex con-
sulibus sceptra gestare, & signum erat eos
consulares esse. Ammianus Marcellinus
lib. xxix. horret animus reminisci quo
iustitio humilitati tot rerum apices visban-
tar, & præcipue consulares post scipiones &
trabeas & fasorum monumenta mundana
eburnea autem fuisse illa sceptra
consulum, vel scipiones, notissimum
est. epigramma vetus, de Elephante:*

*Consulibus sceptrum, mensis decus, arma
tablistis.*

*Discolor & tabulae caerulei inde da-
tur.*

ex ebore scilicet.

GRUTERUS.

*2 Subarmalem profundum.] Sic quo-
que Pal. ut aliquid veniat subintelli-
gendum substantivi.*

CASAUBONUS.

*2 Subarmalem profundum.] Jam ad
Severum diximus, videri scriben-
dum, subarmale prof.*

*4 Ut tibi deputet scipionem.] Consul-
lum enim ab ipsa institutione prima
gestamen fuit scipio eburneus: cuius
meminit Dionysius Halicarn. Livius,
Valerius Maximus, aliique his poste-
riores scriptores.*

*5 Hec enim imperator non solet dare,
sed a senatu, quando fit consul, accipere.]
Possunt haec verba auctoris Vopisci
esse, non Valeriani. quod nos pro-
bamus magis.*

Ideo

tias militaris verbis, quæ propria & ipsa apponenda decrevi. Aurelianus dixit, *Et ego domine Valeriane imperator Auguste, ideo cuncta feci, ideo vulnera patiens excepisti, ideo & equos & cantherios meos lassavi ut pilding mihi gratias ageret Ressubl. & conscientia mea. At tu plus fecisti: ago ergo gratias bonitati tua, & accipio consulatum quem das.* Dii faciant & deus certus Sol, ut & senatus de me sic judicet. Agentibus igitur gratias omnibus circumstantibus, Ulpius Crinitus surrexit, atque hac oratione usus est: *Apud majores nostros, Valeriane Auguste, quod & familia mea & amicum ac proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum locum fortissimi viri semper electi sunt, ut vel senescentes familias, vel foetus matrimonii jam caducos substituta fœcunditas proliis ornaret.* Hoc igitur quod Cocceius Nerva in Trajano adoptando, quod Ulpius Trajanus in Adrianus in Antonino, & ceteri deinceps proposita suggestione fecerunt, ⁴ jam in arrogando Aureliano, quem mihi vicarium iudicii tui auctoritate fecisti, censuti esse referendum. ⁵ Fube igitur ut lege agatur, sitque Aurelianus hæres sacrorum, nominis & honorum, totiusque juris, Ulio Crinito jam consulari ⁶ viro, actutum te judge consularis. Longum ¹⁵

immediately, making the suggestion est

SALMASIUS.

1 Ideo & equos & cantherios meos lassavi.] Vetus editio legit: *equos & conjuratos meos, corrupte, ut equidem existimo.*

3 Dii faciant & Deus certus sol.] Dii faciant & Deus certus, ut & senatus. ita libri qui vocem sol non agnoscent per Deum certum, solem intelligit Aurelianus, quem præcipue colebat.

4 Jam in arrogando Aureliano.] Interrogando Aureliano, vet. editio. lege: in arrogando Aureliano.

6 Ipse actu Crinitus judex consularis.] Vetus quoque editio rectam lectio nem agnoscit, quam jampridem ex scriptorum librorum fide vindicarunt eruditii viri: ipse actu Crinitus judex con-

sularis. ita edi voluimus, sed operæ omiserunt ipse.

GRUTERUS.

2 Et cantherios meos lassavi.] Pal, & conjuratos meos lassavi.

6 Ipse actu Crinitus judex consularis, &c.] Palatinus noster accedit per omnia Puteaniano codici. inepte vulgatius ipse actu Crinitus judex consularis. talia enim verba Oedipum requirebant.

CASaubonus.

5 Fube igitur ut lege agatur, s.] Exemplum est hic ejus adoptionis, quæ fiebat apud principem, & postea magistratus intimabatur, ut docet lex secunda Cod. de adopt. hæc adoptio in illius locum successit, quæ apud populum olim lege curiata fiebat.

6 Ipse actu Crinitus judex consularis.]

F 2

Sen-

est cuncta pertexere. Nam & actæ sunt Crinito à Valeriano gratiæ; & adoptio, ut solebat, impleta. Memini me in quodam libro Græco legisse (quod tacendum esse non credidi) mandatum esse Crinito à Valeriano ut Aurelianus adoptaretur, idcirco præcipue quod pauper esset: sed hoc in medio relinquendum puto. & quoniam superius epistolam posui qua sumptus Aureliano ad consulatum delatus est, quare posuerim, 'rem quasi frivolam, eloquendum putavi.
² Vidimus proxime consulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum, ut non præmia dari aurigis, sed patrimonia viderentur, quum darentur tunicæ subsericæ, ⁴ lineæ paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiscentibus frugi hominibus. Factum est enim ut jam divitiarum sit non hominum consulatus: quia utique si virtutibus desertur, editorem spoliare non debent. Perierunt casta illa tempora, & magis ambitione populari peritura sunt. Sed nos (ut solemus) hanc

16 quoque rem in medio relinquimus. His igitur tot ac talibus præjudiciis muneribusque fultus, Claudianis

borders

tem-

Sensus horum verborum nullus. veram scripturam docuit nos alter codex Puteani, quæ est hæc: ipse actum te judge consularis. orat Crinitus Valerianum, ut Aurelianus in dominum viri consularis, id est, suam transiens, fiat ipse quoque consularis.

SALMASIUS.

1 Rem quasi frivolam eloquendum putavi.] Eloquendam putavi. vet. edit.

3 Quum darentur tunicæ subsericæ: lineæ paragaudæ.] Palatinus: paragaudæ forte, paragaudæ. ut in vita Claudii, subsericam paragaudæam trinacram dixit Pollio notandum autem linearum paragaudearum hec tantum facere mentionem Vopiscum, non etiam tunicarum, quod ejus ritate lineæ paragaudæ solæ in usu essent. ut etiam ostendit infra, ubi scribit Aurelia-

num paragaudas vestes militibus dedisse, diiores, trilores, usque ad pentelores, quales lineæ fiebant ipsius ritate. sic & in Bonoso, interulam meminit ditorium. quæ interula sunt lineæ revocatae tamen in usum postea videntur. nam in Codice fit mentio tunicarum linearumque paragaudarum.

CASAUBONUS.

2 Vidimus proxime consulatum Furii Placidi tanto ambitu in Circo editum.] Confer cum simili querimonia inferioris in Carino. quid sit consulatum ritare, & ritare ritare dixerat, exposuimus ad Alagabalum.

4 Lineæ paragaudæ.] Melius scribas paragaudæ, ut ad superiorum librum ostendimus.

I Omne

temporibus tantus enituit, ut post eum Quintillo quoque fratre ejus interempto, solus teneret imperium, Aureolo interfecto, cum quo Gallienus fecerat pacem. Hoc loco tanta est diversitas historicorum, & quidem Græcorum, ut alii dicant, invito Claudio ab Aureliano Aureolum interfactum, alii mandante ac volente, alii ab imperatore jam Aureliano eundem occisum, alii vero adhuc privato. Sed hæc quoque media relinquemus, ab ipsis petenda per quos in literas missa sunt. Illud tamen constat, omne contra Mœotidas bellum divum Claudium nulli magis quam Aureliano credidisse. Extat epistola, quam ego (ut soleo) fidei causa, ¹⁷ imo ut alios annalium scriptores fecisse video, inferendam putavi. *Flavius Cladius Valerio Aureliano suo salutem Expetit à te munus solitum nostra Respub. Aggredere: quid moraris? Tu magisterio milites uti volo, tuo ductu*

¹ Omne contra Mœotidas bellum.] Mœotidas appellat quos Zosimus libro secundo Σωμαγίταις τῆς Μαιῶνος τερπονεῖται λέμενον. vide inferius in Tacito.

SALMASIUS.

¹ Omne contra Mœotidas bellum.] Mœotidas sic enim scribebant. & Mœotim pro Mœotim. unde prima ejus corripitur apud illius temporis poëtas. meminit etiam infra Mœtidarum, qui Mœotis veteribus sunt dicti. Stephanus: Μαιῶται ἔθνος Σκυθιηγού μέζιστον καὶ πολυάθρον.

² Tu magisterio milites uti volo, tuo ductu tribunos.] Magistrum militum plane agnoscimus Aurelianum his verbis à Claudio designari. ut & supra eidem Aureliano magisterium militia tribuit Valerianus cum eum Crinito vicarium daret: *in tua potestate erit militiae magisterium. nondum tamen certum erat officium tunc temporis, militum vel militiae magisterium. sed fere magistri militum vocabantur, aut quibus bellum aliquod*

extra ordinem gerendum mandabatur, ut heic Cladius Aureliano bellum adversus Gotthos gerendum committit, ejusque in potestatem tradit, exercitus Thracicos & Illyricanos, & limitem & summam totius belli, & sic Aurelianus magister militum dicitur aut ducum vicarii, qui legatorum vicem implebant, qui exercitum duebant, quibus limes restituendus dabatur, hi omnes magistri militum dicebantur. sed res adhuc erat vaga, appellatioque incerta. omnes enim hoc nomine appellati quibus milites regendos, aut bellum aliquod gerendum commitebat princeps. sive hi tantum tribuni essent, sive vicarii ducum. sed & ipsi duces vere magistri militum erant, & dicebantur illo tempore, legatique omnes imperatoris. postea Constantinus militum magistros constituit, peditem alterum, & alterum equitem, ad quos summa totius rei bellicæ pertineret. nam antea duces & legati in suis quique limitibus magisterium militum eorum, quibus

ductu tribunos. Gotthi oppugnandi sunt: Gotthi à Thraciis amovendi. ¹Eorum enim plerique ²Hæmimontum

Euro-

præterant, obtinebant. Zosimus: ἐφεστῶν γδ τοῖς απαντάχες στρατιώταις & μέγιον ἐκελευτήρων ή χλιδηρῶν, οὐλαὶ ή τε λεγεμίδαι δεκανοι, οἱ στρατηγῶν εἰς εἰδέσαι τὸ πολιτεῖον ἐπίχρυσοι, στρατηλάταις κατεύθους η δὲ τεττάγη, η δὲ πεζῶν, εἰστέτυς τῶν ἔξοδων ή τάττειν στρατιώταις η περιθεταὶ τοὺς αὐτορέμονας μεταβοτεις, παρείλετο η τεύχος τοὺς ὑπαρχόντας αὐθεντίας. verba Zosimi ideo adduxi, ut errorem interpretis castigarem, qui στρατηγοίς vertit prætores. mens Zosimi est, duces olim sic præfuisse exercitibus, ut summi solent imperatores & στρατηγοί. nam ducis nomen Graeca voce exponit. στρατηγοί autem ducem aut ductorem exercitus significat. quod olim munus quia prætorum erat, prætores etiam dicti στρατηγοί. sed στρατηγοί prætores vertere illo loco apud Zosimum, nemo posset, qui quid velit Zosimus, intelligat. vult enim τοὺς Δρεπάνους quos nominat, στρατηγῶν τεττάγην habuisse, hoc est duces Latinis dici, quos Graeci στρατηγοί appellant. quos etiam magistros militum aliquando fuisse dictos paulo supra diximus, ut & eorum vicarios, quod militum magisterium haberent, & potestatem eos coercendi, ordinandique. quam potestatem Tribunis etiam datam fuisse recte observat Zosimus, & ex multis hujus historiæ locis potest id clarum esse. at Constantinus creatis magistris militum, & in titulum officii constitutis, sub eorum dispositione limitum duces esse voluit. penes eos summa erat legendi militis ac puniendi si quid delinqueret. ad illos denique totius militiae magisterium spectabat. hinc Vegetius scribit lib. 11. c. ix. magistros militum fuisse substitutos in locum legatorum consularium qui ad exercitus regendos ab imperatore destinabantur, quibus legiones &

auxilia parebant, qui belli gerendiae pacis ordinanda potestatem habebant. in verbis Vegetii perperam vi. vi. docti legunt: in quorum locum nunc lustres viros constat magistrus militum constitutos. ut intelligamus Vegetii vero eam partem militaris disciplinae fuisse mutatam. vidi aliquantos manu exaratos Vegetii codices quibus omnibus aberat vox nunc. nec Vegetii aitate illa mutatio introducta est, sed Constantini, ut diximus. magistros militum στρατηλάταις Zosimus reddit. & sic in Glossis: στρατηλάτης, magister militum. Μαστρούλης recentioribus Græcis. & ita apud Constantinum de imperio, quem καπιτάνιον στρατος interpretatur. sic Μαστρούλης vel Μαστρόκοντος unica voce appellabant magistrum census.

CASAUBONUS.

² Hæmimontem Europamque vexant.] Scripti etiam hic, Hæmimontum, ut in Claudio.

GRUTERUS.

² Hæmimontum Europamque vexant.] Sic quoque rursus Palatina membrana, non ut editi, Hæmimontem.

SALMASIUS.

¹ Eorum enim plerique Hæmimontem, Europamque vexant.] Palatinus & vetus editio: Hæmimontum. recte, atque ita jam ex suis libris legendum observavit præstantissimus Casaubonus. sed cur Hæmimontum cum Europa conjungit? nonne Hæmimontus in Europa? legebam: Hæmimontum Rhodopamque vexant. Hæmimontus & Rhodopa duæ provinciæ in Thracia à duobus montibus Amo & Rhodope denominatae. vide Ammianum lib. xxvii. nunc nihil mutamus. cave tamen putes Europæ nomen heic accipendum de terra orbis parte. Europa hoc loco Thraciæ provinciæ, ut & Hæmi-

Europamque vexant, qui te pugnante fugerant. Omnes exercitus Thracicos, omnes Illyricanos totumque limitem in tua potestate constituo, ¹ solitam en nobis ede virtutem. Tecum erit etiam frater Quintillus quum occurrerit. Ego aliis rebus occupatus summam belli illius virtutibus tuis credo. Mis̄i sane equos decem, loricas duas, & cetera, quibus munire ad bellum euntem necessitas cogit. ² Secundis igitur præliis usus auspiciis Claudianis, Rempublicam in integrum reddidit: atque ipse statim (ut supra diximus) consensu omnium legionum factus est imperator. Equites sane omnes ante imperium sub Claudio 18 Aurelianus gubernavit, quum offensam magistri eorum incurrisserunt quod temere Claudio non jubente pugnascent. Item Aurelianus contra Suevos & Sarma-tas iisdem temporibus vehementissime dimicavit, ac florentissimam victoriam retulit: accepta est sane clades sub Aureliano à Marcomannis per errorem. ³ Nam dum is à fronte non curat occurrere subito erumpentibus, dumque illos à dorso persequi parat, omnia circa Mediolanum graviter evastata sunt. Postea tamen ipsi quoque Marcomanni superati sunt. In illo autem

timō-

Hæmimontus. ita enim si dñs post-
erior ætas vocavit Thraciæ regionem
in qua Constantinopolis sita. Festus
Rufus: ita ditioni Reip. s̄x Thraciarum
provinciae sunt acquisitæ, Thracia, Æmi-
monius, Maesia inferior, Scythia, Rhodopa,
Europa in qua nunc secundæ arces Romani
orbis sunt constitutæ. hujus Europa pro-
vincia mentio in veteri inscriptione:

PRÆSIDI. PROVINCIAE. BYZACEN. E.
CONSVLARI. PROVINCIAE. EUROPE.
ET. THRACIE.

³ Nam dum is à fronte non curat oc-
currere, subito hostes erupere: dumque illos,
&c.] Pal. non cura occurre subito irrum-
pentibus, dumque illos, &c.

SALMASIVS.

² Secundis igitur præliis, usus auspiciis
Claudianis.] Scribit Zosimus partim
bello, partim morbo reliquos omnes
barbaros qui Thraciam vastabant ex-
tinctos esse. nec tamen ibi Aurelia-
ni meminit, quem illud bellum con-
fecisse vult Vopiscus.

³ Nam dum is à fronte non curat oc-
currere, subito hostes erupere.] Longe me-
rior Palatini codicis, item veteris edi-
tionis scriptura: nam dum is à fronte non
curat occurrere subito erumpentibus, dum-
que illos à dorso persequi parat, om-
nia circa Mediolanum graviter vaſtata
sunt.

Ff 4

r Ne

CASAUBONUS.

I Solitam nobis ede virtutem.] Ele-
ganter in veteribus, Solitam en nobis ede
virtutem.

GRUTERUS.

I Solitam en nobis ede virtutem.] Ita
cum aliis mſ. Palatinus, inserto illo

timore, quo Marcomanni cuncta vastabant, ingentes Romæ seditiones motæ sunt, paventibus cunctis ^{ne} eadem quæ sub Gallieno fuerant, provenirent. quare etiam ² libri Sibyllini noti beneficiis publicis inspecti sunt, ³ inventumque ⁴ ut in certis locis sacrificia fierent

CASAUBONI.

¹ Ne eadem quæ sub Gallieno fuerant provenirent.] Scribebam, porro venirent, sed retinet idem verbum infra: cum videret posse fieri ut tale aliquid iterum quale sub Gallieno evenerat proveniret.

² Libri Sibyllini noti beneficiis publicis.] In necessariis Reip. temporibus, ad libros Sibyllinos adibatur, & placandi numinis ratio inde poscetur.

⁴ Ut in certis locis sacrificia fierent, quæ Barbari transire non possent.] Simile exemplum supra in Spartiani Juliano.

SALMASIUS.

¹ Ne eadem quæ sub Gallieno acciderant, provenirent.] Provenirent, pro acciderent vel evenirent, nihil enim mutandum. provenire aliquid alicui bene vel male dicitur. unde & eum bene provenire dicit Plautus, cui quid boni provenit.

³ Inventumque ut certis locis sacrificia fierent, quæ barbari transire non possent.] Mos fuit sub imperatoribus Romanis, ut sacrificii certis locis factis, aut carminibus dictis, vel statuis positis, Barbarorum in solum Romanum ingressum & transitum arceri putarent posse. quo remedio sapienti sunt usi adversus barbarorum superventum. idque consecrationem vocabant, qua consecratione usus est olim Marcus, adversus Marcomannorum ἐφόδιον. Spartianus in Heliogabalo: dictum est à quibusdam per Chaldaeos & magos Antoninum Marcum id egisse, ut Marcomanni P. R. devoti semper essent, atque amici, idque factis carminibus, & consecratione: quum quereret quæ illa esset, aut ubi esset, suppressum est. constabat enim illum ab hoc

consecrationem quærere, ut eam dissipata spe belli concitandi. quæ verba significativa sunt ad hunc morem explicandum, & locum istum illustrandum. sed illa consecratio Marci videtur aut dissipata ab aliquo fuisse, aut certe non perpetuo duraturas vires habuisse. sub Aureliano enim, ut hec videamus, iterum irruentibus Marcomannis alia consecratione opus fuit, ad barbarorum ascendum transitum, sic autem consecratio fiebat. carminibus incantatis, & sacrificiis peractis, statuæ quædam consecrabantur, & in eo loco defodiebantur quem barbaros noblebant transire. ea erat consecratio. ex quo confitat nos iste in Spartiano emendasse: cum quereret, quæ illa esset, aut ubi esset, nam ad consecrationem referri debet. vulgo est: quæ illa essent, aut ubi essent, & ad carmina refertur. quod verum esse non potest. Græci τελετῶ vocant ejusmodi consecrationem. & simula-
cra sic consecrata, πεπλεσθέντα. Olympiodorus: εὐ λείψης Καρυα-
ίς οὐ βασιλεώς εὐ τῷ Θράκῳ Οὐα-
λεῖς δέχεται μηνύμις γεγενέσθε
Τησεως δέρεθεν. Οὐαλελός δι-
αρχή τόπου οὐδεγνούμενος μετα-
νιστεῖ τῇ ἐπιχειρίᾳ ιεροῦ τόπου
εἰναὶ καὶ ἔχεις τελετῆς αὐδρία-
τες εὐ αὐτῷ αὐθιερώθει. εἴτε ἀν-
θρώποι τοῖς βασιλεῖς, καὶ δέκατη
χρήματα ἐπιτέπτονται αὐτῷ αἰαλασθεῖ-
ται μετανθέντε. αὐτορυζόμενος τέλος
οὐ τίποτες δέσμονται τοῖς αὐδρίαις,
describit postea quo habitu statua il-
læ fuerint. sed & quæ dissipata illa
consecratione, & effossis statuis, acci-
derint narrat: ὃν αὐδρίαντων αὐτο-
φεύτων πάρογνα καὶ μετ' ὀλίγας ημέ-

rent quæ Barbari transire non possent. Facta denique sunt ea quæ præcepta fuerant in diverso ceremoniarum genere: 'atque ita Barbari restiterunt, quos omnes

εἰσ, τῷ τοῦ Γότθων μέρῳ παῖς εἰπούσι πάτερες τῶν Θράκων. ἐμελέτη μικροῦ ὕστερον ἐπὶ τῷ Οὐνανῷ τῷ Σαρακηνῷ καταδραμένοι, τότε οὐκέτι θράκης αὐτὸν τὸ Θράκιον. σὺ μέσῳ γὰρ αὐτῆς τε Θράκης καὶ τὸ Ιλλυρικὸν κατέκεντο τὸ τέλετήν. καὶ εἴκεδον ὅτι ἀνδριάντας δρύθρους καὶ πυρτίς ἔθνες τελέσθη βαρβάροις. hæc unice Spartianum illustrant, & omnem ritum harum consecrationum aperiunt. consecratas eo modo statuas, τετελεσμένας dicebant. Photius: ὅποις ἴσχειν φοιτῶσι Οὐαλεσίοις πόσι τῇ ἐπισήμων αἰκάσιοι τοῖς αὐδριάντοις δρύθρων τετελεσμένων εἰς ἀποκάλυψιν τὸ βαρβάρων. sic Palladium statuam fuisse consecratam scribunt veteres Grammatici ad custodiam urbis Trojæ. Πατλάδιον τὸ τῆς ζώδιον μικρὸν ξύλινον, ὃ ἐλεγενεῖται τετελεσμένον, φυλάττον τὴν βασιλείαν τὸ Τροίας. Memnonis etiam statuam resonantem hoc genere τετελεσμένην fuisse volunt. vetus Scholiastes Juvenalis: Memnon ex are statua citharam tenens certis horis canebat. hanc Cambyses jussit aperiri, existimans mechanicum aliquod esse quod intra statuam lateret, nihilominus tamen aperta statua qua erat magice consecrata horis statutis sonum reddidit. statua magice consecrata est τετελεσμένη. & τελεσμένη magi. sic etiam τετελεσμένη δικτυάλιον, consecrati annuli, quos & Φαρμακῖτας & Φυσικὲς dicebant. Aristophanis interpres: ὁ δὲ Εὔδαιμος Φαρμακοπόλις τετελημένης δικτυάλιος πολῶν. & paulo post: Φιλόσσωφος δὲ οὗτος οὐδὲ Εὔδαιμος Φυσικὸς δικτυάλιος ποιῶν αφεῖς δικτυάλιον ηὔθετος ηὕτως ποιῶντας ἐθερψτιδῶν γὰρ ὄφιοδικῆς. Καίλος ἡ τὸν δράκοντα σὸν εἶναν τὸ θραύσαν δικνεότα.

[Atque ita barbari restiterunt.] Mirabilis illius consecrationis, quæ locum in quo facta est, transire barbaros prohibuit, non solum autem ad hominum impetum coercendum & reprimendum, sed etiam adversus bestiarum, & morborum ingruentium incursum ejus generis consecrationes adhibebant. sic Byzantius adversus ciconias quibus infestabantur, erexit tres ciconias marmoreas τελεσμένας Apollonius Tyanaeus, quæ ciconias urbem ingredi prohibuerunt. Codinus: ἀνὴρ δὲ τις εἰπεὶ τὸ Τυάρανον ὄνομα Α' πολλάνισθε εἰπεὶ λίθος ζετεῖται ανεγένοτο πελαργούς τοῦ τετελεσμένου ὄραντος αἰδάνης, οἱ καὶ μέλιται τὸν νωρὶς συγκεράσσονται ἐπιφοιτήσονται πόλις τὸ τελαργάνον οὐδέτερον. sic Antiochenes peste liberavit Laius quidam philosophus & τελεσμής, erecta Charontis statua τελελεσμένη. Tzetzes:

Λοιμεῖς τὸν Αἰγαίον μετάλλα κατέχοισθε
Ζέσσας εὐ πέτραις τετέσσαπον Χάρων
Τελεσμήν τε πόλις
Τὴν νόσον εξαστράκις μακρῷ Ανιοχέων.

perperam apud Tzetzem λιμεῖς scriptum est, & male interpres famem vertit. Laium illum Φιλόσσωφον & τελεσμήν & μυστὴν vocat idem Tzetzes. ita Asium quemdam qui Dardano Trojam condenti Palladium ad urbis conservationem & regni dono dedit, Φιλόσσωφον τὴν τελεσμήν vocat Suidas. hujus sic meminit Joannes Antiochenensis, τοῖς δοκιμολογίαις. τὸ εὖ Τροία πατλάδιον ζωδίον τὸ μικρόν ωστὸ Α' σὺν ικός Φιλόσσωφος κατεσκόδαθεν εἰς φυλακῶν τὸ πόλεν. Olympiodorus cuiusdam Libanii meminit, quem ἀκρεν τελεσμήν fuisse dicit,

Ff 5 qui

separately

458 FLAVII VOPISCI SYRACUSII

nes Aurelianuſ carptim vaganteſ occidit. Libet ipſius ſenatus conſulti formam exponere, 'quo libros inſpici clariffi-

qui pollicebatur abſque armis aut militibus καὶ βαρβάρων ἀνεργεῖν. eumque illius artis ſpecimen dediſſe ſcribit, & promiſſa impleviſſe. cujus facti fama longe didita, à Placidia occidi juſlum: εἰπε πείρου δές τὸ ιποχέσθετος καὶ τὸ Φύμης ὀρακύοντος ὥστε καὶ Πλακιδίαν τὸν βασιλέα μοθεῖν ἀναφέρεται ὁ τελεσθής. idem au-
tor mentionem facit ſtatua conſecratæ, qua in Sicilia collocata erat, ad ignem Aetnæ compescendum, & barbaros transitu freti prohibendos. qua poſtea eversa ab Aſculapio quodam Siciliæ procuratore, Siciliam multis affectam eſſe dannis per barbarorum incuſiones, & ignis Aetnæ exundationes: Ρήγος, inquit, μητρόπολις ἐπὶ τὴν Βρετανίαν, εἰς τὸ Αἰγαίον Θρακίην Σικελίαν βαλόντος περισιωθῆ-
ντα ἐπιχέθη. ἀχαλκος γὰρ τελεομέ-
νον ἰστιδρον ἐπώλεις τὸν περγίων.¹ τετέλεσα ἡ τοῦδε τὸ δοχαιῶν διορθό-
παιόν τε τὸ δέπο τὸ Αἰγαῖον πυρος καὶ
περισσε καλύπτων παρόδος Διογένει τὸν
βαρβάρων. τὸν τοῦτο ποδὲ πῦρ ἐ-
ποιημένον ἐπύγανε, καὶ τὸν ἐπέρωτὸν
διὰ αἰδεῖα φθορογν. τὸν κατερυθρόντος ὑγε-
ργυ ἔκ της Αἰγαίου πυρος καὶ τὸν
βαρβάρων βλάσεας η Σικελίας ἐπέξειτο.
quid plura? Nisi comam fuifle con-
ſecratam ſcribit quoque Servius, in
qua regni ejus fatum erat conſtitu-
tum. interpretamur τελεομένων
verba Servii: adamatus ab Scylla est Nisi
filia: que ut hoſti poſſet placere, comam
purpuream parentis abſcissam ei obtulit:
quam Nifus ita habuerat conſecratam, ut
tamdiu regno potiretur, quamdiu illam ha-
buiſſet intactam. ea enim conditione
πάντα τὰ τελεομένα erant, ut tam-
diu res, quarum rerum gratia fuerant
facta, intactas conſervarent, quamdiu
ipſa integra & illibata manerent. illa
omnia vocabunt Arabes Talisman, ut
nos docuit ſummuſ vir Scaliger, ſed

quod ipſe non animadvertit, Gra-
vōx eſt, & ex Grāco ſumpta, ſed mo-
dico flexu in Arabiſum detorta.
nam Talisman, eſt τελεομένη, hoc eſt,
τελεομένον π. ut ſunt τελεομένοι
anuli, τελεομένοι ανδριάντες, &
cetera ejuſmodi. Justinus: εἰ θεὸς ἐ^τ
δημιουργὸς καὶ δεατότης τὸν κύνεων, ποὺ
τὸ Αἰγαῖον τελεομένα τοῖς μέ-
ρεσι τὸ κύνεων διάναμον; καὶ γὰρ Ια-
λατίης ὄρμος καὶ ανέμων Φούρις καὶ
μυῶν καὶ θηρίων ἐπιδρομοὺς καὶ ὄρνιθ-
καλύψης. Chronicon Alexandrinum:
ἐπὶ τούτων τὸν οὐδάτων Αἰγαῖον Θρα-
κίην την μαζεὺν τελεομένων πα-
τέρων καὶ ποιῶν τελεομένων eis τοὺς πό-
λεις καὶ χωρας. ubi ridicule interpretes
τελεομένα vettigalia vertit, & Apol-
lonium in urbibus & regionibus ve-
ttigalia instituisse vult. quo nihil fini-
gi potest ineptius aut absurdius.

¹ Quod libros inſpici clariffimorum iuſſit auctoritas. I Scio quidem & quis nescit clariffimos fuile ſenatores, & earum uxores clariffimas. ſed quare an rectum ſit, aut uſitatum, clariffimorum auctoritate dici, aliquid ju-
beri, pro ſenato auctoritate. hujus locutionis exemplum requireo. nemo enim mihi peruaderit ſic auctores lo-
qui: hoc clariffimorum iuſſit auctoritas: hoc clariffimi decreverunt: cla-
riffimi conſultum fecerunt. ut clariffimi absolute dicantur, pro ſenato vel
ſenatoribus. hæfitem tamen in hoc luto, niſi me inde optimi Palatini
ſcriptura extraxiſſet, in quo ita legi-
tur: quos libros inſpici clariffimior iuſſit
auctoritas. hoc eſt clariffimi ordinis, per
clariffimum ordinem, intelligi ſenatum,
atque ita frequenter loqui auctores,
nemo fere ignorat. ſic autem per
compendium ſcribebant: clariff. or.
hoc eſt, clariffimi ordinis. Valerius Pro-
bus: or. vel o. Ordo. &, ORD. Ordinis.
quam

¹clarissimi ordinis jussit autoritas.² Die tertio Idus Jan. ¹⁹ Fulvius Sabinus prætor urbanus dixit: Referimus ad vos P. C. Pontificum suggestionem, & Aureliani principis literas, quibus jubetur ut inspiciantur fatales libri quibus spes belli terminandi sacrato deorum imperio continetur. Scitis enim ipsi quotiescumque gravior aliquis extitit motus, eos semper inspectos: neque prius mala publica esse finita, quam ex iis sacrificiorum processit autoritas. Tunc surrexit primæ sententiae ³ Ulpius Syllanus, atque ita loquutus est: Sero nimis P. C. de Reip. salute consulimus, sero ad fatalia iussa respicimus, more languentium qui ad summos medicos nisi in summa desperatione non mittunt: proinde quasi peritioribus viris major facienda sit cura, quum omnibus morbis occurri sit melius. Meministis enim P. C. me in hoc ordine sepe dixisse jam tum quum primum nuntiatum est Marcomannos erupisse, consulenda Sibyllæ decreta, ut endum Apollinis beneficiis, inserviendum deorum immortalium præceptis: recusasse vero quosdam, & cum ingenti calumnia recusasse, quum adulando dicere tantam principis esse virtutem ut opus non sit deos consuli, ⁴ proinde quasi & ipse vir magnus non deos colat, non de diis immortalibus speret. ⁵ Quid plura? audivi-

mus

SALMASIUS.

³ Ulpius Syllanus.] Vetus editio: Sillanus. lege Silanus. atque ita Palatinus liber.

quam rationem scribendi, qui non assequebantur, nobis heic istos clarissimos sunt commenti.

CASAUBONUS.

¹ Clarissimorum jussit autoritas.] Id est, facto super ea re S. C. libri Sibyllini sunt inspecti. clarissimi sunt senatori, ut in Alagabali vita clarissima uxores senatorum.

⁴ Proinde quasi peritioribus viris major facienda sit cura.] Deest, tantum, ad lucem sententia, quæ hæc est: *vis deos r̄s ēūneipw̄tēpss & lārgāw̄ v̄dūciatāt̄sp̄a M̄v̄r̄ Jepan d̄c̄v̄.*

GRUTERVS.

² Die tertio Idus Januarias.] Palatium Januariarum.

⁵ Quid plura? audivimus litteras quibus rogavit opem Deorum, quæ numquam cuiquam turpis est.] Hæc verba, quæ nunquam cuiquam turpis est, ex additamento sunt alicujus scioli, qui putabat imperfectam sententiam absque illis esse, aut certe magnum ea verba momentum ad sententiam allatura creditit. sic enim habent Palatinus & ed. vetus: audivimus litteras quibus rogavit opem Dei, ut vir fortissimus adjuvetur. quæ vera est lectio. cujus hic sensus, ut ipse, qui vir fortissimus est, adjuvetur. vos fortissi-

mos,

mus literas quibus rogavit opem deorum, quæ nunquam cuiquam turpis est ut vir fortissimus adjuvetur. Agite igitur, pontifices, qua puri, qua mundi, qua sancti, qua vestitu animisque sacris commodi, templum ascendite, 3 subsellia laureata constituite, veteranis manibus libri

evol.

mos, qualis est Aurelianus, non opus habere dicitis consultis libris Sibyllinis. at audivimus literas, quibus ille vir fortissimus opem Dei rogat, ut adjuvetur. opem Dei hoc est Apollinis. sic supra: confalenda Sibyllæ secreta, utendum Apollinis beneficis. reliqua autem verba quæ sequuntur, oblitus sum monere non agnoscere ab vetere editione: inferniendum Deorum immortalium præceptis. quæ verba qui attentius considerabit, non dubitabit pronuntiare spuria & subditiva esse.

GRUTERUS.

1 Quibus rogavit opem Deorum, quæ nunquam cuiquam turpis est, ut vir fortissimus adjuvetur.] Habet solummodo Palat. quibus rogavit opem Dei, ut vir fortissimus adjuvetur.

3 Subsellia laureata constituite.] Aliorum construite, natum est ex libro autographo, in quo erat constitute; quomodo & noster Pal.

SALMASIUS.

2 Agite igitur Pontifices.] Multa diversa reperio, & in hac librorum Sibyllæ inspectione, ab ea consuetudine quam adeundis & inspicendis iisdem libris veteres observarunt. primum non Pontifices, ut heic, sed Decemviri ex senatus decreto libros Sibyllinos adibant, & illis inspectis renuntiabant quid factò esset opus. idque fieri jubebat senatus, ex sententia aliquando Pontificum, si quid incideret, quod eorum sententiam requirebat. præterea nunquam consulebant libri nisi prodigiis nunciatis, ad qua procuranda jubebat senatus libros inspici Livius lib. xxii. pergit, ut quod non ferme decernitur nisi quum prodigia nuntiata sunt, decemviri

libros Sibyllinos adire iuberentur. nam quam igitur factum est, ut erupptibus barbaris, aut Romanum solon vastantibus libros Sibyllinos adiūt juberet senatus. quod heic factum esse videmus ad Marcomannorum eruptionem, & clade acceptu apud Placentiam. quod nunquam fecisse veteres certum est, ut clade quantumvis magna accepta, & exercitibus ad interacionem casis, ob eam rem libri Sibyllini consulentur. nisi si quando ceremoniam auspiciorumque neglegentia peccatum esse, & aliquid non rite factum, quod ad religiones pertinerer, dicetur. tunc enim libros consulebant, ad iram Deorum piandam, & de integro faciundum id quod perperam esset factum falsum igitur quod dixit Praetor urbanus cum ad senatum referret: semper illos libros inspectos fuisse, quotiescumque gravis aliquis motus extitisset. per gravorem enim motum intelligit tumultus hosticos, & gentium barbaratum eruptions. id quam verum sit, ipse viderit. nullus potuit gravior morus extare, quam cum Hannibal esse ad portas, aut Galli adventare nuncientur. in illis tamen motibus aut tumultibus libros Sibyllæ inspectos non legimus. in magna pestilencia semel inspectos fuisse apud Livium lectum est. apud Tacitum post magnum incendium, quod pæne totam urbem invaserat, piacula à Diis petita, & Sibyllæ libros aditos legimus lib. xv. Annalium.

3 Subsellia laureata constituite.] Ita nostri libri, non construite.

CASAUBONUS.

3 Subsellia laureata constituite.] Scripti, construite,

4 Vol.

*Hat das
father living*

evolvite, ¹fata Reip. quæ sunt aeterna perquirite: ²patri-
mis

4 Veteris manibus libros evolvite.] Per hoc significat non omnes quindecim pontifices, (tot numero fuere in eorum collegio,) manibus suis Sibyllinos libros correctasse: verum eos solum qui ætate & meritis ceteris præstarent: atque ut arbitror, ex ordine majorum potius quam minorum pontificum. veterana manus eorum dicuntur, qui in sacerdotio pontificali contulerunt. Acutissimo tamen eruditorum Josepho Scaligero aliter videbatur scribendum. ita enim emendabat: *veteris annus Cum manibus libros evolvite, non ausim affirmare sic scripsisse auctorem: ingeniosissima certe est correctio.* Ovidius:

*Cum eam veteres consulisti anum.
& pro Sibyllinis dixerunt libros Cum
manos. Symmachus libro iv epist.
xxxiv. Monitus Cum manos linea texta
sumpscunt.*

SALMASIVS.

4 Veteris manibus libros evolvite.] Hæc emendationem magis requiriunt quam expositionem. nam, ut veteranas manus interpretetur, majorum Pontificum manus, & eos solos libris inspicundi manus admovisse intelligamus, non etiam minores, nescio an alicui probari possit. mihi certe nullo modo probatur. agamus igitur quod agendum est, ut quæ explicari aliter non possunt, emendentur. vetus liber cum veteri editione habet: *veteris manus.* quod transpositum est pro *venatis.* atque id pro *velatis.* sic prænum pro *pratum* in veteribus Glossis, *prænum, ειπομέον αλως.* ubi manifesto legendum est: *pratum.* ita hoc loco *venatis manus pro velatis manus* scriptum est. veteres in suppliciis velatas manus habebant. unde *velatis manus orare apud Plautum in Amphithryone.* de qua emendatione facile mini assentierunt, qui cogitabat, additionem istam & inspectio-

nem librorum Sibyllæ non fuisse contra supplicationem. nam per eam inspectionem, deorum opem rogabant, & piacula petebant, quibus irati dii possent placari. idcirco Pontifices velatis manibus templum ascenderunt, & libros evolverunt. obliuandum etiam heic qua ceremonia jubentur libros inspicere Pontifices. ut mundi, puri, sancti, velatis manibus templum ascendant, laureara subsellia constituant, libros evolvant. quæ omnia libris illis inspicendi apud veteres non siebant. simpliciter enim jubebat senatus, ut decemviri libros adirent. aditis libris supplications decernebant, lectisternia indicebant, & cetera id genus ad ceremonias religionesque pertinentia. atque hæc hæc tenus. emendationem vero nostram illi soli negabunt esse veram, qui diem meridie lucere negare erunt parati.

1 Fata reip. quæ sunt aeterna perquirite.] Rata Pal & vet. ed. sed verum est fata. Livius lib. x. Decemviri sacris faciundi, carminum Sibyllæ, ac fatorum populi hujus interpretes. Rutilius Gallus:

Sibyllinæ fata cremavit opis.

2 Patrimis matrimisque pueris carmen indicite.] Tota hæc periodus adsuta est & adtexta sententiæ viri consularis, ab impuro nescio quo, quæ & ipsa impura est, & nihil sani continet. quid enim est, carmen indicere pueris patrimis? quid est, sumptum sacriss indicere? quid denique, aris ambarvalia indicere? an indicebat ambarvalia senatus? cur vero ambarvalium tantum meminit, non autem amburbi? cuius magis debuit. nam amburbiū celebratum paulo post dicitur; ambarvalia tantum promissa. hæc impudentissime ineptissimeque conficta sunt ab homine otioso, & quod pejus est, imperito. expungenda igitur & ejicienda, quæ temere huc fuere inculcata. quod judicio tantum

field sacrifices

462 FLAVI VOPISCI SYRACUSII

*mis matrimisque pueris carmen indicite : nos sumptum
sacris, nos apparatum sacrificiis, nos agris ambarvalia
20 indicemus.* Post hæc interrogati plerique senatores
sententias dixerunt, quas longum est innectere. Dein-
de aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in senten-
tias euntibus, plerisque verbo consentientibus con-
ditum est senatusconsultum. Itum est deinde ad tem-
plum, inspecti libri, prodiit versus, lustrata urbs, can-
tata carmina, ² amburbium celebratum, ³ ambarvalia
pro-

tum nostro freti non facimus, sed
auctoritate Palatini libri, & veteris
editionis, in quibus nullum horum
verborum' appetit vestigium.

CASAUBONI.

¹ *Nos aris ambarvalia indicemus.]* Scribendum agris. nam aris aut arvis
meræ nugæ. male etiam præit scrip-
ta lectio, nos aras tumultuarias indice-
mus.

SALMASIUS.

² *Amburbium promissum, ambarvalia
promissa.]* Ergo amburbium, & am-
barvalia differunt, quæ tamen ea-
dem volebat videri vir eruditissimus
commentariis in Festum. sane apud
Strabonem αμερπιον scribendum,
non αμερπιαν, ut idem ille vir
summus existimabat. non enim am-
barviam Latini dixere, sed ambarvale
aut ambarvalia, ab amburbio, am-
burbiales hostiæ quæ circum terminos
urbis Romæ ducebantur, ut ait
Festus. sed aperte distinguit Servius
amburbale ad ambarvali. ut ad Eclo-
gam III. dicitur *hoc sacrificium ambar-
vale, quod arva ambit victimæ. sicut
amburbale vel amburbium, quo urbem cir-
cuit, & ambit victimæ.* Idem ad illum
versum :

*Terque novas circum felix eat hostia fru-
ges.*
dicit ambarvale sacrificium : quod saepe de
porca fœcunda, & gravida fieri consue-
rat. quæ sacrificia erant annua, &
pro frugibus siebant, & circum fru-

ges hostia ducebatur. de quibus am-
barvalibus capiendus est Tibullus
lib. 11. eleg. 1.

*Quisquis adeſt, faveat : fruges Iusta-
mus & agros,*

* Ritus ut à prisco traditus extat eu-
ambarvale sacrificium intelligit, quo
fruges & arva lustrabantur. quod non
animadversum in magnum errorem
impulit doctissimum virum qui apud
eudem Tibullum eadem Elegia
corrigit :

*Tunc nitidus plenis censibus rusticis &
reis*

Ingerat ardenti grandia ligna foco-
ibi inquam plenis areis corrigit, pro
plenis agris. atqui Tibullus ibidem
ambarvale sacrificium exequitur.
tunc, id est cum fiunt sacra pro frugi-
bus, confusus rusticus plenis agris,
id est novis frugibus plenis, & ma-
gnam spem præ se ferentibus, foco
magnam lignorum copiam ingerit.
at amburbium longe aliud est, nec
cum ambarvali confundendum. quo-
ties autem apud Livium legimus in-
spectis libris Sibyllinis lustratam ut-
bem, de amburbio intelligendum.
urbs enim amburbio vel amburbiali
sacrificio lustrabatur : ut arva & a-
gti, ambarvali.

² *Ambarvalia promissa.]* Palatinus:
ambarvaria, ambarvare pro ambarcadi-
fic arvares sodales in veteribus Glofisi:
arvares sodales, oī οἰ τὸν Ἀγ-
γελωνοτες διηγεσι. sic Latiaris & Lu-
tialis.

1 Sol.

promissa: atque ita ¹ solennitas quæ jubebatur, expleta est. ² Est epistola Aureliani de libris Sibyllinis: nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum. *Miror vos, patres sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium, tractaretis.* ³ *Agite igitur, & castimo-*

GRUTERUS.

¹ *Solennitas quæ jubebatur expleta.*] Editi adjecterant est quod non erat in Palat,

SALMASIUS.

² *Est epistola Aureliani de libris Sibyllinis.] Scribe: epistola Aureliani de libris Sibyllinis: nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum, atque ita Palatinus. sic enim loqui hos auctores observavi.*

³ *Perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis.] Miratur Aurelianus tamdiu dubitasse patres conscriptos de aperiendis libris Sibyllinis, perinde quasi in Christianorum Ecclesia sententias dicerent, non in Deorum omnium templo tot religionibus sacrato. Christianos enim impiorum & atheistarum numero habebant, qui male de religionibus sentirent, & nullos Deos colerent, nulla templia in honorem divisorum extorta haberent. incusat igitur senatores Aurelianus eo nomine, quod tamdiu sententias suis distulerint rem piam, & ad religionem pertinentem, & Deorum honorem cultumque spectantem, librorum nempe Sibyllinorum inspectionem. quid enim aliud agerent Christiani impii illi & athei, & omnium religionum oportes, si de aperiendis libris Sibyllinis in eorum Ecclesia tractaret aliquis, ut ex eorum librorum inspectione, ceremoniæ ordinarentur, & sacrificia celebrarentur, & alia hujusmodi cultum Deorum spectantia, quæ ipsi abhorrent & abominantur? recusarent nempe, rejicerent, & re-*

futarent omnem hac de re tractationem ac disputationem. quod vos facitis in omnium Deorum templo, ubi tot & tantarum religionum reverentia & horror quidam animis incurrit & oculis ingeritur ex Deorum qui illic sunt presentia. & tamdiu dubitatis rem adeo religiosam vestris sententiis fancire, proinde quasi res hæc agatur in templo Christianorum, & numinibus, & numinum simulacris & religione prorsus vacuo. hæc pluribus explicavi, quod sciām aliorum duci horum verborum sententiam ab Annalium conditore, qui recte vapulat Casaubono ob male acceptum hujus loci sensum. Christianos autem & impios & atheistas, & omnis religionis hostes vulgo tunc temporis audisse notum est. Iustinus martyr: πατρῶα γένεσιδεκάτη πόλις Θεοφάνειαν ἐπενελαύθηναι καὶ ξύλων σύλληγοι, η καὶ ταῦτα Κρήσονται. Φίλοιος φίλοι φίλοι φίλοισι φίλοι εἰπεῖν αἰδεῖσιν τὸν αὐτὸν ὃς γε ταῦτα ἀντιμετέπιστα δημοσία παρέβαστροι, ὡς αἱθέων ηγετεῖσιν Χερισιανῶν ὄνταινας ταῦτα κατέχειν καὶ ἱδούσι τὸ πολλῶν τὸ πεπολιτευμένων τέτταρα ποιῶν. qui locus unus pro centum, itaque nullum alium addam.

⁴ *Agite igitur & castimonia pontificum.] Pontificibus munus assignat inspicendorum Sibyllæ librorum, ut & Ulpius Silanus supra. non Pontificum tamen, sed decemvirorum primum, mox ampliato numero, quindecimvirum fuit. nec dicendum est aetate Aureliani id Pontificum fuisse officium, quod olim erat quindecim-*

stimonia pontificum, ceremoniis que solennibus juvate principem necessitate publica laborantem. Inspiciantur libri: quæ facienda fuerint celebrentur: quemlibet sumptum, cuiuslibet gentis captivos, qualibet animalia regia non abnuo, sed libens offero: neque enim indecorum est diis juvantibus vincere: sic apud maiores nostros multa finita sunt

decimvirorum. nam & Constantini magni temporibus, id etiam tum munetis habebant quindecimviri, ut scimus testimonio Laetantii cuius hæc verba sunt lib. i. de falsa religione cap. vi. harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur, & habentur, præter quam Cumææ, cuius libri à Romanis occuluntur, nec eos ab ulla nisi à quindecimviris inspici fas habent. quid igitur statuimus? an Pontifices heic Quindecimviri vocantur, quod Quindecimviri sacris faciundis præsident, & sic quasi quidam erant Pontifices? non id verisimile arbitror. illud verisimilius, Pontifices heic appellari Quindecimviro, quod multi ex Quindecimviris iidem & Pontifices erant. testes possum proferre inscriptiones veteres multas, sed una aut altera ero contentus.

PETRONIVS. APOLLODORVS. V. C.
PONTIFEX. MAIOR. XV. VIR. SAC. FAC.
item.

LVCIO. AVR. AVIAN. SYMMACHO. V. C.
PONTIFICI. MAI. XV. VIRO. SAC. FAC.
item.

M. MÆCIO. M. FMMIO. FVRIO. BALEVTO
CÆCILIANO. PLACIDO. C. V.
PONTIFICI. MAIORI. AVGRI. PV
ELICO. P. R. QVIRITIVM. QVINDECIM
VIRO. SACRIS. FACIVNDIS. CORREC
cum igitur Quindecimvirorum multi, Pontifices quoque essent, nobiliori nomine Pontifices eos vocavit, qui tamen non eo quod essent Pontifices, curam servandorum & inspiciendo
rum librorum Sibyllæ habebant; sed quod Quindecimviri. si cui hæc sententia non placebit, aliam illi per me liceat excogitare. non possum aliam rat ionem comminisci, quare Ponti-

ficibus tribuat, quod erat Quindecimvirorum proprium.

1 *Cuiuslibet gentis captivos.] Capit in Palatino, & editione veteri, capi sunt captivi.*

GRVTERVS.
1 *Cuiuslibet gentis captivos.] Pal. captos.*

CAS AUBONUS.

2 *Qualibet animalia regia non abnuo.] Regia animalia exaudio, quæ Sibyllini libri monuerint necessaria esse ad sacrificium pro regis salute facendum, aut Reip.*

SALMASIUS.

2 *Qualibet animalia regia non abnuo.] Regia animalia vocat, aut de regibus victis capta, aut animalia ipsius imperatoris Aureliani. Persas autem vicerat Aurelianus & fuderat. & potuit animalia quæ Regis Periarum essent, ex præda habere, quæ regia vocat, eaque offert, ut & reliquos sumptus sacrificiis necessarios. possumus tamen interpretari regia animalia, ipsius Aureliani propria. nam et si nomen Regis imperatores Romani vitarunt, tamen quæ ad imperatorem pertinerent, & imperatoris erant, regia vocaverunt, & regium ea significatione non semel apud Aurelium Victorem Schotti legisse recordor. sed liber nunc in promptu non est. sic Regillianum milites cum imperatorem facerent. ergo potest rex esse. ergo potest nos regere. quæ appellatio hæsit aliquando superioribus principibus. Vopiscus de Carino: regem denique cum plerique Illyrici vocarunt.*

3 *Sic apud maiores nostros multa finita sunt bella.] Quando sic finita bella apud maiores? quando sic coepit? exem-*

sunt bella, sic cœpta. ¹ Siquid est sumptuum, datis ad præfectum ararii literis decerni iussi. ² est præterea vestræ autoritatis arca publica, ³ quam magis refertam esse reperio

exemplum sane non extat in historia Romana. unicum quidem habetur apud Livium, quo libri Sibyllini, ut inspicerentur, senatus decrevit, accepta ad Thrasymenum clade. quod factum esse instante Fabio Maximo Dictatore refert Livius, cum edocuisse patres, plus negligenteria ceremoniarum auspiciorumque, quam temeritate atque infictia peccatum à C. Flaminio esse: pervicit, inquit, ut quod non ferme decernitur, nisi cum terra prodigia nuntiata sunt, decemviri libros Sibyllinos adire juberentur. pervicit illud ostendit quanta mole ac difficultate id obtinuerit Fabius. ferme autem dicit Livius quod etiam in magna pestilentia libros Sibyllinos consuli moris aliquando esset. alias vero ob causas, quam quæ ex religione venirent, nunquam illi Sibyllæ libri inspiciebantur. multo minus ad bella suscipienda, conficiendaque sunt inspecti. extra morem igitur veterum, & consuetudinem sub Aureliano adiri libros Sibyllinos decrevit senatus, ad belli Marcomannici quo premebat imperator, felicem eventum à Diis obtainendum. sed & sacrificia illa ipsa, post inspectionem librorum, non ex more Romano fuisse facta videntur, quæ certis locis, quos Barbari transire non possent, facta sunt quibus sacrificiis peractis, ita Barbari restiterunt, quasi inligati, & irretiti, & monstros quibuldam ac divinarum specierum horrore defixi. quæ omnia ex magicis potius observationibus, & incantationibus barbaricis, & ratione illa telestica, de qua supra diximus, sunt instituta, quam illo usitato solitoque sacrificiorum more, saecorumque ritu veteribus Romanis usurpat. & hæc fuisse videtur causa, quare tamdiu distulerit senatus

decernere, ut libri Sibyllini consulerentur, quod ejus rei exemplum non videbat neque apud majores stante adhuc repub. neque sub aliis principibus, qui ante Aurelianum fuere. qui nunquam ad Sibyllinorum librorum opem decurrere soliti erant, cum bellis premerentur, qua civilibus, qua externis, & que magnis atque dubiis, atque hoc Marcomannicum. quapropter non sine admiratione magna, heic video Aurelianum scribere, sic bella apud majores fuisse coepta, sic finita.

¹ Si quid est sumptuum.] Hoc est, si qui sumptus erunt necessarii. dixit enim, si quid est sumptuum, pro quidquid est sumptuum, aut quidquid erit sumptuum. nihil igitur cum doctissimis viris mutandum.

CASABONIUS.

¹ Si quid est sumptuum, d.] Placet Scaligeri emendatio, si quid deest, sumptum, datis a. p. a. l. decerni iussi. sumptum pro pecunia dicebant, ut ad Hadrianum monebamus.

² Est præterea vestræ autoritatis arca publica.] Ararium Reip. vocat arcam publicam. sed non erat tum temporis in potestate senatus ararium illud vetus: cuius etiam post eversam Remp. umbram saltem diu servarunt. Omne rupes arca dicitur. quare leges arcam fiscalem, quod verum ararium fuit: & prætorianam arcam, atque alias diversas diversarum præfecturarum.

³ Quam magis refertam esse reperio quam cupio.] Hæc oratio est hominis de senatu male judicantis, & male ei cupientis: quæ si in Aureliano fuerint cum ista scriberet, tamen cur ejus suæ ῥαγῳδίᾳ significationem hic daret, causa nulla fuit. Suspiror igitur mendam hic latere: & ve-

Tom. II.

G g

lim

21 *perio quam cupio.* Quum autem Aurelianus velle omnibus simul facta exercitus sui constipatione concurre, tanta apud Placentiam clades accepta est ut Romanum pene solveretur imperium. Et causa quidem hujus periculi perfidia & calliditas Barbarici fuit motus. Nam quum congregdi aperto Marte non posse, in sylvas se densissimas contulerunt, atque ita nostros vespera incumbente turbarunt. Denique nisi divina ope post inspectionem librorum sacrificiorum que curas, monstris quibusdam speciebusque divinis impliciti essent barbari, Romana victoria non fuisset. Finito prælio Marcomannico, Aurelianus, ut erat natura ferocior, plenus irarum Romam petit, vindictæ cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat: incivilius denique usus imperio, vir aliâs optimus, seditionum autoribus interemptis, cruentius ea quæ mollius fuerant curanda, compescuit. Interfecti sunt enim nonnulli etiam nobiles senatores, quum his leve quiddam & quod contemni à mitiore principe potuissent,

lim cogitent acuti critici de his verbis.

SALMASIUS.

3 *Quam magis refertam esse reperio, quam cupio.*] Non puto tam infensum senatui fuisse Aurelianum, aut tam aperte infensem, ut ægre ferre palam se profiteretur, quod bene esset referta arca publica, quæ in eorum erat potestate. nihil tamen mutandum, sed sola distinctione sanandus hic locus ad istum modum: *¶* *præterea auctoritatis vestre arca publica, quam magis refertam esse reperio, quam cupio.* id est, *quam valde refertam esse reperio, & quam refertam esse cupio.* imposuit viris doctis vox *magis*, quæ comparativa non est hoc loco, sed positivi tantum significationem obtinet. nam *magis* heic positum pro valde. nec *avti & magis*, sed *avti & magis* posita est. sic *magis pinguis* apud Spartianum in Pe-

scenio: *cetera corporis parte candida & magis pinguis.* potuit & pro eodem *pinguor* dicere. Latini enim ex numero comparativis utuntur loco positiorum. Arce publicæ pop. Rom. mentio in veteribus saxis, de quos alibi.

GRUTERUS.

3 *Quam magis refertam esse reperio quam cupio.*] Sic & Pal. nisi quodis verbo transposito, *reperi⁹ effi⁹*: estque oratio liberi oris, qua Imperator tacite submonet Senatum ne nimium intendat reditus aratri, ut pote eius causâ nunquam bona est sub Principibus bonis. ideoque non tam heic videtur curiam agere Senatus, quam sui ipsius: dum nimicum fama sua consulit. interim notum est Senatum se accommodare moribus Principum. sic & infra cap. 3. f. iterum Senatum carpit, satis profecto acriter.

I. Infamia

set, vel unus, vel levis, vel vilius testis objiceret. Quid multa? Magnum illud, & quod jam fuerat, & quod non frustra speratum est, 'infamiae tristioris i^ctū contaminavit imperium. timeri cœpit princeps optimus, non amari, 'quum alii dicerent, perfodiendum talem principem, non optandum; alii bonum quidem medicum, sed mala ratione curantem. His actis, ³ quum videret posse fieri ut aliquid tale iterum quale sub Gallieno evenerat proveniret, adhibito consilio senatus,

muros

CASABONUS.

¹ Infamie tristioris i^ctū contaminavit imperium.] Duriusculē est locutus. nam i^ctū infamie, metaphorā est non usū trita. similia sunt tamen apud bonos autores multa, ut jacere in aliquem dicta, & βάθη την vel γένεται. Sed neque illud concoquo, infamia tristioris: & verius est locum egere emendationis.

³ Cum videret posse fieri ut aliquid tale iterum quale sub Gallieno evenerat proveniret, a.] Aurelius Victor: ac ne unquam quæ per Galliū evenerant accidērent, muris Urbem quam validissimis laxiore ambitū circumfēst. quid illud autem quod sub Gallieno evenit, cui οὐλακήν afferat, murorum Urbis dilatatio? referendum ad Barbarorum in Italiam irruptionem: vel ad tyranos quos tum passa est Resp. quam plurimos. adversus quos tamen nullum in Romanis muris fuisse Gallieno præsidium video.

SALMASIUS.

¹ Infamie tristioris i^ctū contaminavit imperium.] Immerito habent hac suspecta doctissimi viri, quæ sana sunt, nec egent emendatione. infamia i^ctū dixit, ut famae vulnera dixit poëta nescio quis. sic famam vulnerari alicujus dicimus, quæ laborat turpis facinoris infamia, aut, ut nos loquitur, infamia alicujus i^ctū accipit. ita Aurelianum dicit Vopiscus imperii sui famam, quæ magna

fuerat, vulnerasse nimia crudelitatis & severitatis nota. quæ locutio non usquequa aspernanda, nec inelegans est.

² Quum alii dicerent perfodiendum talem principem, non optandum.] Perfodi parietes rectum esse didici, at non principes. locus hic manifesto corruptus. confodere hominem, Latinum est, at non perfodere. nec aliquem adhuc vidi qui sic loqueretur. sed genus ipsum locutionis mitto. concedo, perfodere hominem recte dici posse: at nego huic loco convenire, nec propterea minus corruptum censeo. qualis enim aut quæ hujus dicti argutia? perfodiendum esse non optandum adeo severum principem. sane non video quo jure hæc invicem opponantur. suspicor igitur scripsi Vopiscum: quum alii dicerent perodiendum talem principem, non optandum. id verbi, facile fuit ut mutaretur in perfodiendum. odire & perodire, pro odio habere vel odisse, non recentiores tantum, sed etiam ex vetustissimis quidam usurparunt. odire dicere solebat M. Antonius pro odio habui. odientes apud Solinum notavi olim scriptum pro odio habentes. Glossæ veteres: odio, μίσος. item, μισθόγενος, malos odio. inde perodio est in magno odio habeo. perosum enim dicebant veteres, & perodiosum, pro valde odioso. dicebant igitur isti Aurelianum pro sua severitate vel crudelitate odio magis, quam amore dignum videri.

¹ muros urbis Romæ dilatavit. ² Nec tamen pomœrio addi-

CASAUBONUS.

¹ Muros Urbis Romæ dilatavit.] Errat in hac historia, ut saepe alibi, ofor ille pietatis Christianæ Zosimus. putavit enim Romanam ante habitatam fine muris, Aurelianum primum tempore muris ceptam circumdari. οὐτις δην τότε ἡ Ρώμη, ποτέ τερπνού απειχεσθαι εἰσε. quod falsissimum esse omnes historici clamant.

SALMASIUS.

² Nec tamen pomœrio addidit, eo tempore sed postea.] Insignis hic locus, sed non ea cura qua debuit, animadversus. scribit heic Vopiscus Aurelianum adhibito consilio senatus muros urbis Romæ dilatavisse, nec pomœrio tamen addidisse eo tempore sed postea. quo tempore vero addiderit pomœrio Aurelianus, nec Vopiscus dicit, & reliqui tacent historici, Eutropius, uterque Victor, alii. qui non aliud scribunt, quam quod Vopiscus hoc loco: Aurelianum nimurum validioribus & laxioribus muris urbem circumdedisse. quando igitur Aurelianus pomœrio addiderit, scire non possumus, cum id nemus scriptum reliquerit. sed cum certum sit neminem principum addere potuisse pomœrio, nisi qui agri barbarici aliqua parte rem Romanam ampliasset, videamus an id facere licuerit Aureliano, qui, tantum abest, ut aliquid ex solo Barbarico reip. Romanæ adquisierit, ut provinciam Daciam à Trajano constitutam ultra dimitteret, cum eam retineri non posse videret. Ergo cum nihil fecerit Aurelianus quare merito pomœrio addere posset, non etiam addidisse credendum est. haec tamen omnium animis hæc infixa sedit opinio, Aurelianum pomœrio addidisse: cui opinioni firmum fundamentum videtur dedisse hic Vopisci locus. sed cum ipsum fundamentum diruerimus, tum & illa opinio facile

corruet, expressis & signatis verbis tradit heic Vopiscus Aurelianum laxioribus muris urbem Romanam circumsepsisse, nec tamen pomœrio addidisse. quod ille consulo consilio adscipit, ne quis, dum legeret, muros urbis dilatassem Aurelianum, putaret eum pomœrium auxisse: quod nemini licebat, nisi qui fines imperii protulisset. sed sequuntur Vopisci verba, quæ plane evincent Aurelianum ampliavisse pomœrium; nec tamen pomœrio addidit, eo tempore sed postea. quo tempore igitur Vopisce? cur id indicatum reliquisti? si enim eo tempore quo murorum ambitum ampliorem validioremque fieri curabat Aurelianus, nondum quidquam egerat, quare jure suo posset augere pomœrium, utpote qui nihil adhuc imperii finibus adjecisset, non erat omittendum Vopisco, nec alius auctoribus, qui vitam Aureliani in litteras miserunt, quo tempore hic princeps & fines imperii protulerit, & pomœrium ampliaverit. opportunus etiam hic locus videbatur rei adeo notabilis narrationi. cum enim heic eos omnes enumeret principes, qui pomœrium auctius fecerunt, Augustum, Trajanum, Neronem, cur de Aureliano tacuit? sed cur non tacuiset, quod nulla ratione potuit dicere? nam certo certius est, nec unius jugeri latitudine fines imperii Romanæ propagavisse Aurelianum, quos contraxisse potius debet videri, qui provinciam à Trajano Romanis finibus adjunctam, dimisit: & sic nullo jure aut merito potuisse terminos urbis proferre, nec protulisse. totum igitur hunc Vopisci locum sic constituimus, res extis & amputatis verbis quibus sciolus aliquis sententiam hujus loci temere ampliaverat: His actis cum videret posse fieri, ut aliquid tale iterum, quale sub Gallieno exgenerat, proveniret, adhibito consilio senatus, muros urbis

bis Romæ dilatavit : nec tamen pomœrio addidit. Pomœrio autem nemini principum licet addere nisi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam remp. locupletaverit. omnia nunc recte atque ordine procedunt. Aurelianus muros urbis Romæ dilatavit, & validiores munitioresque reddidit, non tamen, inquit Vopiscus, pomœrio addidit. nam nemini pomœrio licet addere, nisi qui locupletaverit Romanam remp. aliqua parte soli barbarici, quod non fecit Aurelianus. deinde ponit ordine nomina principum, qui aliquando pomœrio addiderunt. illa autem verba quæ sententia officiebant, eo tempore sed postea, merito sustulimus. quæ ego suspicor ab aliquo ad oram codicis fuisse adnotata, è regione horum verborum, nec tamen pomœrio addidit, quod putaret muros dilatari non posse nisi ampliato pomœrio, & crederet sententiam Vopisci qui negabat additum pomœrio ab Aureliano, hac interpretatione esse juvandam, ut intelligere videatur Vopiscus non eo tempore additum sed postea. nec enim sibi poterat persuadere, quisquis ille fuit infrunitus, muros ampliari posse, nisi prolati pomœrio. atqui vel ex his Vopisci verbis, ut nunc leguntur, constat Aurelianum, non eo tempore quo muros dilatavit, pomœrio addidisse, sed postea. quod si verum est, potuit utique Aurelianus ex sententia Vopisci, muros dilatando pomœrii terminos suo tamen loco relinquere. nam quid clarius quam hoc velle Vopiscum, muros urbis ab Aureliano dilatatos fuisse, nec tamen pomœrio additum : id sequentia eius verba adeo evincunt, ut contrares tam manifestas venire insipientia plane sit. muros, inquit, adhibito consilio senatus dilatavit Aurelianus, nec tamen pomœrio addidit. nam pomœrio nemini principum licet addere nisi qui agri barbarici aliqua parte remp. Romanam auxerit. Aurelianus parte aliqua barbarici soli remp. auctiorem non fecit. huic

igitur nec pomœrio addere licuit. pomœrium sciunt omnes ex ea definitione quæ apud Gellium refertur, locum esse intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatum qui finem faciebat urbani auspicii. intra quos igitur fines in urbe auguria captabantur & agebantur, eos ab auguribus effari determinarique moris erat, nec nisi de eorum consilio eos ponи mutarique licebat. id omne spatium quod ab auguribus per circuitum urbis designatum erat ad urbana auspicia capitanda, pomœrium dicebatur. cum heic nulla augurum mentio habeatur, sed consilio senatus adhibito dicat Vopiscus Aurelianum latioribus & laxioribus muris urbem sepsisse, inde etiam certo colligi potest pomœrii terminos, quos non nisi augurum consilio moveri fas erat, ab eo non esse promotos & ampliatos, sed ita eundem muros urbis dilatavisse, ut ambitus ille quo urbem ampliavit minime intra pomœrii antiqui fines in agendo urbano augurio observaretur. sic mons Aventinus, quæ pars urbis nec longinqua nec infrequens erat, diu extra pomœrium fuit, quod in eo monte cum auspicasset Remus, irritas aves habuerit, donec à Claudio receptus tandem & intra pomœrii fines observari coepit. sic Antoninum Caracallum, sub quo urbem ampliatam esse accessione viæ novæ scribit Victor, pomœrium novis regionibus terminasse atque ampliasse non dicunt auctores : quod solis illis licuisse principibus constat, qui alicius provinciæ accessione imperium Romanum auxissent. atque hæc est mens & sententia Vopisci. ergo recte hinc ejecimus verba illa inscriti & inepti nescio cuius glossatoris : non eo tempore sed postea. dilatationem tamen hanc murorum ab Aureliano factam aliquando aliter accipiebamus, & per hæc verba putabamus Aurelianum non latorem aut ampliorem murorum ambitum fecisse, sed latitudini tantum eorum

Gg ; adje-

addidit eo tempore, sed postea. ¹ Pomerio autem nemini principum licet addere nisi ei qui agri Barbarici aliqua parte Romanam Remp. locupletaverit. Addidit autem Augustus, addidit Trajanus, addidit Nero, sub quo Pontus Polemoniacus ² & Alpes Cottiae Ro-

²² mano nomini tributæ. ³ Transactis igitur quæ ad septiones, atque urbis statum & civilia pertinebant, contra Palmyrenos, id est contra Zenobiam, quæ filiorum nomine Orientale tenebat imperium, iter flexit. Multa in itinere ac magna bellorum genera confecit. ⁵ Nam in Thraciis ⁶ & in Illyrico ⁷ occurrens Bar-

adjecisse, hoc est latiores muros, atque ideo validiores concinnasse. murus enim pedes quinque latus, fortior utique est & validior muro lato duo pedes & semis. Aurelius Victor & Eutropius qui hinc acceperunt, non tantum laxioribus, sed etiam validioribus muris urbem ab Aurelianom septam esse dixerunt, & sic utrumque sensum complexi sunt. meminit & Vopiscus infra de septioni- bus urbis ab Aureliano curatis, & infra scribit urbis Romæ muros sic eum ampliasse, ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneret. quo ex loco liquet quo sensu heic dixerit muros urbis dilatasse Aurelianum.

CASAUBONUS.

¹ Pomerio autem nemini principum licet addere, nisi ei qui agri B.] Tacitus Annali XII. Pomerium auxit Cæsar more prisco: quo iis qui protulere imperium, etiam terminos Urbis propagare datur. confer totum locum cum isto, & quæ super istis viri docti scripserunt. Sed quod illi existimant, à Trajano ad Aurelianum neminem principum Urbem auxisse, aliter Aurelius Victor Schotti, cuius de Caracallo sunt verba: aucta Urbs magno accessu via Novæ. et si pomerio illum addidisse non dicit Victor.

⁵ Nam in Thraciis & in Illyrico oc-

curvens Barbaros vicit.] Malim, occur- rentes, & ita membranæ.

SALMASIUS.

² Et Alpes Cottiae Romano nominis tributæ.] Romano nominis tributæ. ita in Palatino. scribe: Romano nominis tributæ.

³ Transactis igitur quæ ad septiones atque urbis statum.] Vellem aliquis me doceret, quænam sint hæ septiones, & quem significatum habeant hoc loco. sed interim, dum quærendus mihi doctor, non dubitem reponere: transactis quæ ad septiones, qua lectione nihil verius. intelligit enim dilatationem urbis murorum ab Aureliano institutam. septiones vocat ut Eutropius cum eamdem rem narraret, sepius urbem dixit pro muris ambire. Hic muris, inquit, validioribus, & laxioribus urbem sepsit. sed & Aurelius Victor eodem verbo ulius in eadem historia: muris urbem quam validissimis laxiore ambitu circumsepsit. hinc septiones urbis. nec à quoquam de nostra emendatione dubitari posse puto.

⁶ Et in Illyrico occurrens barbaros vi- cit.] Verus editio: occurrentes bar- baros vicit. quod quare mutavent recentiores editores nescio.

G R U T E R U S.

⁴ Quæ ad septiones.] Non postpo- fuerim Pal. scripturam, septiones.

⁷ OCCUR-

baros vicit : Gotthorum quinetiam ducem Cannabam, sive Cannabaudem, cum quinque milibus hominum trans Danubium interemit. Atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit, eamque nullo certamine obtinuit. Multa ejus magna & præclara tam facta quam dicta sunt : sed omnia libro innectere nec possumus fastidii evitazione, nec volumus : sed ad intelligendos mores atque virtutem pauca libanda sunt. ³ Nam ⁴ quum Thyanam venisset, eamque occlusam reperisset, iratus dixisse fertur,

Canem

⁷ Occurrentes barbaros vicit.] Sic & nostri scripti. male vulgo occurrent.

SALMASIUS.

¹ Atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit.] Bithynia tunc erat Romanorum : quid igitur opus certamine ad eam obtainendam : an quia barbari illam occupaverant, & recuperavit Aurelianus : scribit enim Trebellius in Gallieno, bello vario diu acto Scythas in Bithyniam se contulisse. non possum tamen dissimilare scripturam veteris Palatini, quæ est : atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit, eamque nullo certamine obtinuit. quam lectionem prope est, ut veram esse credam, modo legatur, in Bithynam. Bithya urbs est Thracia, quæ & Bibvōpolis dicitur. sed & Bibvay populi Thraciae Stephano. Bibvay, Βιθυνία Θράκης δὲ Βιθυνία Αργεία ή Σητηνή ή Ρήγη οὐδελόφη. sive igitur de regione Thracia Bithya, sive de urbe heic capias, utrumque placet. sed magis de provincia accipi probatim. non possum tamen ex toto Bithyniam improbare. nam videntur illa tempestate Bithyni Palmyrenorum, & Zenobiæ partibus favisse. Bithyniam igitur nullo certamine obtinuit Aurelianus, quæ sua sponte Palmyrenum jugum excussum, & Aureliano sese dedidit. at Zosimus narrat Bithynos comperto Aurelianum impe-

rate, Palmyrenorum societati renuntiase. verba Zosimi : Διακηρύξαν Ἰωάννης τὸν Ιεροπολιτικὸν Παλμυρῶν βασιλέως σπατελανέπι Παλμυρῶν αὐλῆν δινοεῖται κρεπτέοντος ἡδη την Αιγυπτίανον ἐθῶν ηγετος αποτίσης, ηγετος Αἰγυπτίας τη Γαλατίας. ἐθελητανέος ἢ η Βιθυνίας μέχρι Χαλκηδόνος αὐλασθεά, εἰ μη βεβασιλεύειαν γνότες Αύρηλιανος τὸν Παλμυρῶν ἀποστολον τραγουδεῖται. Bithyniam igitur retinendum.

⁴ Quum Thyanam venisset.] Thyanam pro Thyanis. ut Megaram pro Megaris dixerem. & Hierosolymam pro Hierosolymis. nihil igitur mutandum. nam & infra, Tyanam civitatem vocat : fertur enim Aurelianam de Tyanae civitatis eversione vere dixisse.

CAS AUBONIUS.

² Nec possumus fastidii evitazione, nec volumus.] Videbatur contrario potius ordine oratio esse concipienda : nec volumus fastidii evitazione, nec possumus. & sunt plures causæ cur ita scribimilimus.

³ Nam cum Thyanam venisset.] Tyana scribendum, aut certè Tyanam. nam in locorum nominibus & genus & numerum pro libidine mutant auctores sæpe. sic Graci τὴν Αγριδίαν pro Lugduno. Tyana autem vi aut proditione cepisse Aurelianum negat Zosimus, sed deditio.

Gg 4 i Casenæ

¹ Canem in hoc oppido non relinquam. Tunc & militibus acris incumbentibus spe prædæ, & Heraclammone quodam, timore ne inter cæteros occideretur, patriam

²³ suam prodente, civitas capta est. Sed Aurelianus duo statim præcipua, quod unum severitatem ostenderet, alterum lenitatem, ex imperatoria mente monstravit. Nam & Heraclammonem proditorem patriæ suæ sapiens viator occidit: & quum milites juxta illud dictum ² quo canem se relictum apud Thyanæos negarat, eversionem urbis exposcerent, respondit iis: Canem, inquit, negavi in hac urbe me relictum, canes omnes occidite. ³ Grande principis dictum, ⁴ grandius militum

¹ Canem in hoc oppido non relinquam.] Vetustissimum genus loquendi usurpat Aurelianus: & fortasse non male hinc colligas historiam sacram illi fuisse aliquando lexitatam. Ibi leges sæpe in comminatione internectionis, Non relinquam in ea urbe ^{בְּקִרְבֵּן מִשְׁמָרֶנְגֵּן} mingentem ad parietem, id est canem. atque haut scio an inde idiomaticis nostri sit vocabulum *mastin*, et si aliter quosdam esse interpretatos, non clam me est. Græci hoc aliter, ^{σάλις λειφθίστης}, vel ^{σάλι πυρφόρος}.

SALMASIUS.

² Quo canem se relictum apud Thyanæos negaret.] Apud Thyanæos. ita Palatinus & editio vetus. Θύανοι ἀντὶ Θυανιτῶν. sic Pausos pro Peucinis supra dixit. & alia infinita ejusdem forma. sic Megaros pro Megarensibus alicubi lectum est. ἐθνογρ. autem τὸ Τυανῶν non est Τυανῶν, sed Τυανῶν. unde Apollonius Τυανῶν. Latine est Tyanensis. at Thyanæa urbis Aegyptiacæ cives Thyanitæ dicantur melius. hic enim est ιππικόνων τὸ πόλεων urbium Aegyptiacarum. de Tyanis Aegypti urbe, non loquitur heic Vopiscus.

³ Grande principis dictum, grandius militum votum.] Haud scio quam bene heic conveniat votum militibus, non enim ipsorum votum fuerat, ut Tyana intacta & inlibata servaretur, ut est hominum genus præda avidum, & semper inhians rapinis, qui tamen non graviter tulere dictum principis. quod quasi seruum accepunt, in jocum ab eodem versum, sed quis locus voto? Palatinus qui nobis anchoræ sacra vicem multis locis fuit, nihil heic nobis ostendit, cui tuto possimus inniti. legit tamen: grandius militum vocatum. an faciendum est: grandius militum factum? grande principis dictum, grandius militum factum: nam dictum principis quo præda negabatur, civitas servabatur, totus exercitus, ita quasi ditare accepit. idque propemodum asseverare ausim esse verum.

GRUTERUS.

⁴ Grandius militum votum. nam dictum Principis.] Pal. grandius militum vocatum. nam vocatum Principis. neutrum placet. venit aliquando in mentem, grandius militum factum. sed aliud quid later. certe votum heic minime convenit.

Nem

militum votum : ' nam dictum principis quo præda negabatur , civitas servabatur , totus exercitus ita quasi ditaretur , accepit . Epistola de Heraclammone . Aurelianus Augustus Mallio Chiloni . Occidi passus sum cuius quasi beneficio Thyanam recepi . Ego vero proditorem amare non potui : & libenter tuli quod eum milites occiderunt : neque enim mihi fidem servare potuisset qui patrie non pepertit . ² Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur

SALMASIUS.

¹ Nam dictum principis quo præda negabatur .] Iterum heic habet idem Palatinus ; nam vocatum principis . putem legi posse : nam jocatum principis . jocatum principis vocat , dictum quo princeps jocatus est , dicendo ut omnes canes occiderent , quandoquidem negaverat se canem in oppido illo relieturum . idque videntur milites fecisse , & canes omnes occidisse . hinc grandius eorum factum fuisse ratiocinatur Vopiscus , qui jocum principis quo canes jubebantur occidere ita acceperunt , quasi juberet omnes cives neci dare , & bonis eorum potiri . vocatum autem pro jocatum scriptum est , ut vocaretur ab aulicis ministris , apud Spartanum , pro jocaretur . sic vocantes apud Martialem pro jocantes . jocare aliquem dicebant pro illudere alicui , aut ludos facere aliquem . inde jocatum pro dicto falso & scurrili heic usurpavit Vopiscus . sic infra locutus est idem Vopiscus : *in quos multa epigrammata scripta , quibus jocati sunt aruspices imperium pollentes . id est derisi , & joco habiti . vocatum tamen retineo . nam vocari supra , & appellari pro derideri apud hos auctores positum notabamus . apud Lampridium : appellatus est à mimis quasi supratus . Glossæ appellare , ὀφαιλεῖν interpretantur . idem significabat & verbum vocare . tunc vocatum pro joco vel de titione , & est vocabulum illius artis . qualia multa in his scriptoribus observavimus . vocatum à voco , ut man-*

datum à mando , peccatum à pecco , & similia .

CASAUBONUS.

² Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur campus accepit .] Mira locutio : solum campus accepit . id est , solus interiit , solus in orcum descendit . Corruptus , ut puto , locus .

SALMASIUS.

2 Solum denique ex omnibus qui oppugnabantur campus accepit .] Militaris hæc locutio , atque in campo nata . campus enim eos accipere dicebatur qui in prælio & in acie ipsa mortem oppetebant . campus non solum locus exercitationis & meditationis armorum quæ inde campestris dicebatur , sed etiam certaminis & pugnae . unde exercitum ad campum producere apud Cyprianum : & apud Trebellium in tyrannis : ad campum deductus , vietus occisus est . inde & campiones pro pugnatoribus . & campum minari apud Cottippum :

— lituusque mili campumque minatur . sic Johannes Abbas campo occubere dixit , pro in acie occubere . in Chronico : anno VI . Justini imperatoris , qui est Leovigildi regis annus IV . Gepidarum regnum finem accepit , qui à Longobardis prælio superati . Cunimundus rex campo occubuit . Vopiscus dixisset : Cunimundus regem campus accepit . sic campus bataliae hodie dicimus locum certaminis . sed & locum castrorum campum vocamus , & campare castra metari . hinc campidoctores , qui & armi-

Gg 5 doctores

gnabantur, campus accepit. Divitem hominem negare non possum, sed cuius bona ejus liberis reddidi: ne quis me causa pecuniae locupletem hominem occidi passum esse cri-

24 minaretur. Capta autem civitas est miro modo. Nam quum Heraclammon¹ locum ostendisset aggeris naturali specie tumentem,² qua posset Aurelianus occulatus ascendere, ille concedit, atque elata purpurea chlamyde, intus civibus, foris militibus se ostendit, & ita civitas capta est, quasi totus in muris Aureliani fuisse exercitus. Taceri non debet res quæ ad famam venerabilis viri pertinet. Fertur enim Aurelianum³ de Thyanæ civitatis eversione⁴ vera dixisse, vera co-

gitasse:

doctores veteribus, quod ea doce-
rent milites quæ campo & bellis er-
ant necessaria. Alexander Severus
in concione ad milites tumultuan-
tes: *qua continetis vocem in bello contra
hostem, non contra imperatorem vestrum
necessariam?* & paulo post: *continete
igitur vocem truculentam campo & bellis
necessariam.* ubi vide quæ de campido-
ctoribus notavimus & armidoctori-
bus. *iidem & doctores simpliciter dice-
bantur.* hinc in veteri falso *doctor cohortis* de armidoctore vel campidoctore
accipiendus.

CASAUBONIUS.

1 Locum ostendisset aggeris naturali
specie tumentem. **2** Potest ferri tumen-
tem. potest etiam scribi tumentis.

4 *Vera dixisse, vera cogitasse.*] Serio
locutum esse, cum dixit, se canem in
oppido Tyanorum non relixerunt;
neque de ea interpretatione tum co-
gitasse, quam subtiliter postea exco-
gitavit.

SALMASIUS.

2 *Quia posset Aurelianus occulatus a-
scendere.*] Optime vetus editio: *qua*
posset Aurelianus cultus ascendere. quod
item agnoscit, optimæ notæ liber
Palatinus. correctores qui muta-
zunt, heic nihilo clarius quam aliis

locis viderunt. sensus est hujus loci,
Heraclammonem ostendisse Aurelia-
no locum qua in murum posset cul-
tus ascendere, id est cum ornamen-
tis imperialibus. ratio facti subse-
quitur, quod imperatorem in
muris stare cum viderent oppidani,
crediderunt totum Aureliani exerci-
tum in muris esse; non potuit autem
aliter constare civibus, imperatorem
ipsum in muris esse, nisi eo purpu-
ratus ascendisset, & imperatoria vesta
ornatus. locus autem ostensus Au-
reliano ab Heraclammon, non vi-
detur difficilioris ascensus fuisse,
quam ut eo quis posset etiam cultus
& vestitus ascendere. hæc sententia
hujus loci.

3 *De Tyanæ civitatis eversione vera
dixisse, vera cogitasse.*] Lege ex eadem
editione: *vere dixisse, vera cogitasse
vere,* hoc est, serio. sic infra: Argu-
mento est id vere Aurelianum cogitasse,
immo etiam facere disposituisse, vel ex ali-
qua parte fecisse, &c. sic leviter cogitare
de puer dixit, levibus cogitationi-
bus, & puerilibus intento.

GRUTERUS.

3 *De Tyanæ civ. evers. vere dixisse,
vera cogitasse.*] Melius istud quam
vulgatum, *vera dixisse, vera cogitasse.*
& alterum quidem extabat in Pala-
tino.

L. Veyne

gitasse: ¹ verū Apollonium Thyanæum celeberrimæ famæ autoritatisque sapientem, veterem philosophum, ² amicum verum deorum, ³ ipsum etiam pro nomine frequentandum, recipienti se in tentorium ea forma qua videtur, subito astitisce, atque haec Latine, ut homo Pannonus intelligeret, verba dixisse: *Aureliane, si vis vincere, nihil est quod de civium meorum nece cogites. Aureliane, si vis imperare, à crurore innocentium abstine. Aureliane, clementer te age, si vis vincere.* Norat vultum philosophi venerabilis Aurelianus, atque in multis ejus imaginem viderat templis. Denique statim attonitus, & imaginem & statuas & templum eidem promisit, atque in meliorem rediit mentem. ⁴ Hæc ego à gravibus viris comperi, & in Ulpiae bibliothecæ libris relegi, & pro majestate Apollonii magis credidi. Quid enim illo viro sanctius, venerabilius, antiquius, divinusque inter homines fuit? ⁵ Ille

mortuis

SALMASIUS.

¹ Verum Apollonium Tyanæum.] Philostratus lib. I. Απόλλωνος τοντού πατέρις μὲν οὐδὲ Τύανα πόλις Εὔδοξος εὐτῷ Καππαδοκῶν ἐθεὸς. πατέρις δὲ, οὐ μάνυπος. γένος δοχεῖον, καὶ τὸ οἰκιστὸν αὐγητόν. ubi ridicule interpres, hæc postrema vertit: genus antiquum sive, & claris hominibus secundum. sed nec melius nuperus editor, & corrector, αὐγητόν legit pro αὐγητόν. significat Philostratus generis originem Apollonium referre ad ipsos Tyanæ urbis conditores. cuius generis nobilitate nulla potest fingi antiquior.

² Amicum verum Deorum.] Vetus editio: amicum virum Deorum. sed nihil mutandum videtur.

⁴ Clementer te age, si vis vincere.] Jam supra dixerat, si vis vincere. bene igitur Palatinus & editio vetus hoc loco legunt: si vis vivere. hoc enim ordine progressus est: si vis vincere, si vis imperare, si vis vivere.

GRUTER U.S.

⁴ Clementer te age, si vis vivere.] Ita egregie Pal. vulgati haftenus, nullo lepore, si vis vincere.

⁵ Hæc ego & à gravibus.] Sic Palat. addito &.

CASAUBONIUS.

³ Ipsum etiam pro nomine frequentandum.] Constat ex patrum scriptis & antiquis historicis insignem istum planum divinis honoribus vulgo passim affectum: cum haberet hunc unum stupor gentium, cuius magicas imposturas veris veri Dei JESU CHRISTI miraculis opponeret. cum igitur hoc tibicine fulcirent homines pagani ruentes jam superstitiones suas, nemo debet mirari Vopiscum hoc loco in illius laudes ferrī πλανοτονοῦ.

⁶ Ille mortuis reddidit vitam.] Historiam respicit Philostrato narratam extremo libro quarto. sed non audeas Philostratus affirmare pueram quæ pro mortua efferebatur, vere mortuam

*Contin
valley*

mortuis reddidit vitam. Ille multa ultra homines & fecit & dixit : quæ qui velit nosse, Græcos legat liberos qui de ejus vita conscripti sunt. Ipse autem, si vita suppetat,¹ atque ipsius viri favori usquequaque placuerit, breviter saltem tanti viri facta in literas mittam : non quo illius viri gesta munere mei sermonis indigeant, sed ut ea quæ miranda sunt, omnium voce prædicentur.² Recepta Thyana Antiochiam proposita omnibus impunitate, brevi apud Daphnen certamine obtinuit : atque inde præceptis quantum probatur venerabilis viri Apollonii parens, humanior atque clementior fuit. Pugnatum est post hæc de summa rerum³ contra Zenobiam,⁴ & Zabam ejus solum

tuam fuisse. nam ait inter cetera, εἴτε οὐτιθῆσθαι τὸ Φυλῆς ὅρπεν τὸν αὐτῆν, ὃς ἐλελήθε τοὺς Ἱεροπόλιούς. Elatos multos vitam recuperasse quam videbantur amisisse, ex Plinii septima historia notum est: ut taceamus de similibus memorie nostræ exemplis.

SALMASIUS.

¹ Atque ipsius viri favori usquequaque placuerit.] Et heic non suo, sed correctorum ore loquitur Vopiscus. scripta lectio sic: atque ipsius viri favor jusscerit. tot verborum ambagibus non erat opus ad verum conjicendum. scribe: ipse autem si vita suppetat, atque ipsius viri favor juverit, breviter saltem tanti viri facta in literas mittam.

² Recepta Thyana.] Ita semper scriptum in optimo etiam libro. Græci tamen Tivavæ scribunt. Tiana in Itinerario veteri. non tamen prorsus caret ratione hæc aspirabilis scriptura. nam Θίανα prius vocabatur. Stephanus: σημαλεῖται δὲ Θίανα, καὶ τοῦ θεοφανεγένεσι τίνα, οὐδὲ Αράνας.

³ Contra Zenobiam & Zabam ejus solum.] Scribendum omnino est, iuncte editione prima: contra Zen-

biam, & Zabam ejus solum. solum etiam habetur in Palatino. sed bis repetitum ibi legitur Zenobia nomen, & omissum Zabæ. quod properantis librarii erratum est. Zabas autem hic dux fuit Zenobia, & socius etiam quodammodo. unde cum Aurelianus ad Zenobiam scribebat, quo ad deditioinem illam hortabatur, sic litteras direxit: Zenobia, ceterisque quæ societas tenet bellicæ. inter eos quitenebantur illa societate bellicæ fuit hic Zabas, quem propterea solum Zenobia videtur appellare Vopiscus.

GRVTERVS.

⁴ Atque ipsius viri favor usquequaque placuerit.] Pal. à manu prima tantum habuit, atque ipsius viri favor jusscerit. forte, atque ipsius favor jusscerit.

⁴ Et Zabam ejus solum, &c.] Sic & Palat. qui tamen habet & nobiam. vulgati pessime, ejus solum.

CASAUBONI.

³ Contra Zenobiam & Zabam ejus solum.] Hic est quem in Claudio Sambon vocabat Pollio. Zofimus Zabdan: Zabdas οἱ Ζιωταῖς σπανῆς. Insigniter vero errat Vopiscus qui solum Zenobia Zabam nominat. non enim mulier fuit sed vir; neque solum

cium apud Emessam magno certamine. Quumque Aureliani equites fatigati jam pene discederent, ac terga darent, subito vi numinis, quod postea proditum, hortante quadam divina forma, per pedites etiam e- quites restituti sunt. Fugata est Zenobia cum Zaba, & plenissime parta victoria. Recepto igitur Orientis statu,

socius Zenobia, sed dux illius, ut autores sunt Pollio & Zosimus. Quare etiam si legas hic cum regio codice, sociam, non sociam; adhuc tamen satis caussa erit, cur in Vopisco diligentiam desideres.

SALMASIUS.

¹ Apud Emessam magno certamine. Latini Emessam & Emissam scribunt hujus urbis nomen. Graci Εμεσην vel Εμεσαν. apud eos tamen Εμεσαν etiam scribi debere testatur Stephanus Φοινίκης Λιβανος, οις Λαζαρον. Η Εμεσαν τὸ ἔθνος οἱ Λαζαροντεῖ. Διονύσῳ ὁ ποιητής συνέδει τὸ π φοῖ γδ.,

Tūs δὲ τεσσάρων αὐτολίων Εμεσαν πόλιν, —
hodie quidem apud Stephanum scriptum est, Εμεσαν, & Εμεσαντος, sed eum scripsisse Εμεσαν & Εμεσαντος, exemplum Λαζαρον ostendit, & illud non minus, quod obser- vat cum unico reperiiri apud Dionysium poëtam, brevito nimis jota. poëta autem ille Dionysius, est Φοινίκης. & fortasse ita reponen- dum in Stephano: Διονύσῳ οἱ Φοινίκης, nam sic eum semper no- minat. frustra vero hodie queras versum illum de Emessa apud Dionysium. versavi ejus auctoris aliquot exemplaria manu scripta, & satis antiqua, qua tamen illo versu care- bant. Priscianus quoque interpres Emesa mentionem non habet. Fe- stus tamen Avienus alter interpres videtur in suis exemplaribus repe- nisse. sic enim habet:

Urbs mediis Apamea debinc consurgit in arcis,

Et quā Phœbeam procul incunabula lucem
Prima fovent, Emesa fastigia celsa reni- dent.

Nam diffusa solo latus explicat, ac subit auras

Turribus in cœlum nitentibus, incola
claris

Cor studiis acuit.

Dénique flammicomō devoti pectora Soli
Vitam agitant. Libanus frondosa cacu-
mina target,

Et tamen his certant celsi fastigia templi.
Heic se indit juxta tellurem glaucus O-
rantes.

qua omnia desunt in vulgatis Diony-
sii codicibus & horum loco tan-
tum habetur:

Αὐταρχεῖ μέσοντιν Απαμείν πόλι-
λισθρον.

Tūs δὲ τεσσάρων αὐτολίων κατέστησεν
οὐρανὸς Ορόφην.

cum in exemplaribus Festi & Ste-
phani fuerit:

Αὐταρχεῖ μέσοντιν Απαμείν πόλι-
λισθρον.

Tūs δὲ τεσσάρων αὐτολίων Εμεσαν πό-
λιν. —

& reliqua qua versione sua exsecutus
est Avienus, usque ad Orontis men-
tionem. non hodie igitur atque hei-
ri illa labes optimum poëtam cor-
ripuit. nam Eustathius non integri-
ores editis codices vidit. ex Avieno
autem didicimus, quare Φοινίκης
Λιβανος urbem Emessa vocet
Stephanus. vera igitur ejus urbis
scriptura est Emessa: ut Larissa, Edissa.
qua urbes sunt in illo tructu. Emessa
vocat Ammianus Marcellinus. lib.

statu, ¹ Emessam victor Aurelianus ingressus est, ² ac statim ad templum Heliogabali tetendit, quasi com-
muni

xxii. *Emissa, & Damascus. eodem libro: & ne quid intepesceret, Epigonus è Lycia philosophus ducitur: & Eusebius ab Emissa, Pictacas cognomento, concitatus orator. corruptissima hæc hodie circumferunt in vulgatis. nos ita emendavimus ex scripta lectione quæ habuit: Eusebius ad missa. quare vero Pictacas illi oratori cognomentum adhæserit, alibi docemus.*

¹ *Emessum victor Aurelianus ingressus est.] Πυθόμρπος ἐπὶ τῷ Στρατεῖον Φυγῇ ὡς Αὐρηλιανὸς, εἰς μὲν τῷ Εὔσεβος εἶδος, περθύρως αὐτὸν τὴν πολιτῶν δεκαρδίαν.*

² *Ac statim ad templum Heliogabali processit.] Templum Heliogabali quod erat in urbe Emissa. certissimum igitur est, vel ex hoc loco, Heliogabali templum Emissæ fuisse, & Heliogabalum, vel Elagabalum Deum, ab Emissenis eximie cultum. Avieni verba quæ supra de Emissa atrulimus, id evidentissime declarant, & magnificentiam ejus templi prædican.*

Denique flammicomodo voti pectora Soli Vitam agitant. Libanus frondosa cacuminaturget,

Et tamen his certant celèstis fastigia templi. Antoninus Heliogabalus Emissenus fuit, & Emisseni templi, quod Soli, vel Heliogabalo sacratum erat, sacerdos. at eruditissimi viri, locum illius templi ut invenirent, nihil non fecerunt, & tamen quæsiverunt tantum: nam quod non longe ab Emissa urbe fuisse dixerunt jam id peccarunt. in media enim urbe Emissena fuit: ut Avienus ostendit, & hic Vopisci locus. Spartanus in Cæracallo Moesam aviam Heliogabali Antonini, Emissenam fuisse scribit. cuius filia Symiamira mater ipsius Heliogabali, & ipse Heliogabalus Emissæ quoque natus, & Emisseni templi Soli dicati sacerdos. Ammianus lib. xxvi. Antiochiae Macrino im-

peratore agente, ab Emissa Heliogabali excivit Antoninus. primus igitur hic error. quod templum Heliogabali Dei extra Emissam collocarunt. alter vero priore longe major, quod ex verbis Spartiani, sub finem vita Caracalli colligi putarunt posse, Heliogabali templum in vico quodam radibus Tauri montis subditu, fuisse positum. hoc neutiquam conjicias ex illo Spartiani loco, qui nos aliud nihil docet, quam Heliogabalu jam imperatorem in eo loco, vel vico, in quo olim fuerat Faustina templum ab Antonino Marco fundatum, Soli hoc est Heliogabalo templum fecisse. Non tamen Heliogabali templum, cuius fuit sacerdos Heliogabalus priusquam ad imperium veniret, in illo vico fuisse credendum est, quod erat Emesa, ut jam diximus. nihil vero illius vici nomen ad hanc rem facit, qui Alala vocabatur, & id nomen jam ante habuerat vel priusquam natus esset Antoninus, & eo loci templum Deo suo constituisse. nec inde illi vico nominis ratio perenda est. sed nec alterius magni yiri sententiam probamus, qui Elagabalum tutelare numen Gabalitarum, fuisse censet, & Elagabalum hinc denominatum, hoc est Gabalitarum Deum. non Gabalitarum, sed Emissenorum Deum fuisse Elagabalum docuimus. et si enim Orientis pleraque urbes Solem colerent. eximie tamen præter omnes eum colebant Emisseni, apud quos & Elagabalus vocabatur, & templum habebat magnifice extrectum. sane scendum est omnium fere orientalium gentium commune numen fuisse Solem, quem Hel aut Bel, vel Belum dixer. in unaquaque autem urbe peculiare cognomen habebat. ut Emissenorum Elagabalus: Palmyrenorum Malachbelus & Aglibolus. Perfarum Mithres. Babyloniorum Belus. &

sic

muni officio vota soluturus. Verum illic eam formam numinis reperit quam in bello sibi faventem vidit. Quare & illic templa fundavit, donariis ingentibus positis: & Romæ Soli templum posuit majore honorificentia consecratum, ut suo dicemus loco. Post hæc 26 Palmyram iter flexit, ut ea oppugnata, laborum terminus fieret. Sed in itinere à latronibus Syris male accepto frequenter exercitu, multa perpessus est, & in obsidione usque ad iustum sagittæ periclitatus est. Epistola ipsius extat ad Mucaporem missâ, in qua de ejus belli difficultate ultra pudorem imperiale fatetur. *Romani me modo dicunt bellum contra fœminam gerere, quasi sola mecum Zenobia & suis viribus pugnet,*

ac

sic aliarum Orientis gentium & urbium aliud. peculiare igitur ac tute-lare numen Emisenorum Alagabalus, vel Elagabalus. nam utroque modo scriptum reperitur in nummis & saxis vetustis. & ita dictus est quasi *Deus montis*, vel *Deus mons*, quod sub montis effigie coleretur. montis enim vel ingentis saxi instar habebat ejus simulacrum. vide ad Heliogabalum.

¹ *Quasi sola mecum Zenobia, & suis viribus pugnet, ac non hostium.] Desperant de hoc loco restituendo summi viri. nobis nihil desperandum est, qui mage majores difficultates expugnavimus, & longe desperatores locos emendavimus in his austoribus. Palatinus pro ac non hostium legit, atque hostium. & ita veteris editio. unius litteræ mutatio rem totam nobis conficit ex voto. nam scribendum: quasi sola mecum Zenobia, & suis viribus pugnet, atqui hostium, quantum si vir à me oppugnandus esset, in conscientia & timore longe deteriore. vel si quis malit, at conscientia & timore longe deteriore. specta quantas tenebras quantula mutatio offuderat, & quantula dissiparit. pro atque, atqui fecimus. de sensu jam res clara est. Romani parvi pendebant, & irrisui ha-*

bebant Aureliani expeditionem ad-versus Zenobiam. hoc enim esse, bellum cum fœmina gerere: quod minime gloriosum esset futurum tanto duci, quantus videri volebat. respondet Aurelianus, non cum so-la Zenobia rem sibi esse; nec eam suis tantum viribus pugnare: sed tantum esse hostium, quantum si cum viro bellum esset gerendum: magnum enim numerum, magna-que copias habebat circa se Zenobia, nec minores quam vir & dux aliquis magnus habere possit. non igitur so-la Zenobia. accedebat ad difficultatem, timor ejus & conscientia, ut fœminæ longe deterior, quam si vir esset. timida enim magis fœminæ quam viri. conscientia præterea ejus quæ poenam se mernisse sciret, nihilque sibi gratia relictum apud vi-toris animum speraret, nec ullum misericordia locum videret, si victa esset. hæc omnia faciebant, ut illo animo pugnaret Zenobia, quo des-terati solent, & sic victoriā de se difficiliorem Aureliano præberet. hoc ad purgandum se de illius fœmini-ni belli difficultate respondebat Aurelianus, illis quibus videbatur, non magnam rem præstare, quod fœminam bello persequeretur.

x. Atque

¹ ac non hostium, quantum si vir à me oppugnandus esset,
² in conscientia & timore longe deteriore. Dici non potest
 quantum hic sagittarum, qui belli apparatus, quantum
 telorum, quantum lapidum: nulla pars muri est quæ non
 binis & ternis balistis occupata sit: ignes etiam tormentis
 jaciuntur. ³ Quid plura? ⁴ timet quasi fœmina, pugnat
 quasi pœnam timens: sed credo adjuturos Rom. Remp.
 deos, qui nunquam nostris conatibus defuerunt. Denique
 fati-

GRUTERUS.

¹ Atque non hostium, quantum si vir à me oppugnandus esset, in conscientia & timore, &c.] Palat. atque hostium quantum, &c.

³ Quid plura? non quasi fœmina pugnat, quasi pœnam timens.] Pal. quid pluratum quasi fœmina p. q. p. timentes. idem codex statim postea habet, Romanam rempublicam vir deos qui nunquam, &c. ut appareat locum luxatum, scribendumque, sed quasi vir pœnam timens. Credo adjuturos Rom. Remp. Deos. quod & Casaubono nostro in mentem venit.

CASAUBONUS.

² In conscientia & timore longe deteriore.] Regius hæc verba miscet turbatque, est autem locus mutilus, nec sine librorum meliorum opere capiendus, nobis quideam.

⁴ Non quasi fœmina pugnat, quasi pœnam timens.] Neque horum verborum ullus est sensus. desideratur enim aliquid. in regio scriptum timentes. Sententia erit optima, si scribas, sed quasi vir pœnam timens. vel, viri pœnam timentes. non solum fœminam viro comparat, aut viris; sed viris quos desperatio reddat curas curas expeditas.

SALMASIUS.

³ Quid plura? non quasi fœmina pugnat, quasi pœnam timens.] Pro desperato relictus & depositus hic locus

non minus, quam ille superior, immo etiam magis. audacia opus est aduersus hæc monstra, sed majore etiam felicitate, ut debellentur. sed hæc magis quam illa nobis adiuit, in hoc loco expurgando, tenuiter adjutis ope veteris codicis, qui sic scriptum præferebat: quod pluratum quasi fœmina, pugnat quasi pœnam timens. similiter etiam vetus editio. lege: quid plura? timet quasi fœmina, pugnat quasi pœnam timens. sensum superiori animadversione exposuimus. nam idem dicit quod supra, Zenobiam & timore & conscientia mala impulsam nihil remittere, sed totis viribus pugnare, & timore quidem eo quo omnes fœminæ, quæ natura timidiiores sunt viris: & conscientia ea qua qui pœnam timent, quam se mereuisse agnoscunt. quæ res etiam metum naturalem exauget, & audacissimis quibusque timorem ingenerat. eleganter igitur Zenobiam timere ut fœminam scribit, pugnare vero non jam ut fœminam, sed ut pœnam timentem: quod malæ conscientia proprium est & ejus qui intelligat, se ad pœnam potius deposci, quam æquojure, & ut hostis solet cum hoste, secum bellum geri. non mirum, si acriter & magno animo pugnant, quorum res eo loco sitæ sunt, & pœlem suam, ut vulgo dicimus, magno vendere studeant. pulcre, ita me Deus amet, hunc locum restituimus, in quo antea non plus inerat sensus, quam humoris in pumice.

fatigatus ac pro malis fessus, literas ad Zenobiam misit, deditio[n]em illius petens, vitam promittens, qua[r]um exemplum indidi. *Aurelianu[s] imperator Roman[us]*, & receptor Orientis, Zenobia & ceteris que societas tenet bellica. Sponte facere debuisti id quod meis litteris nunc jubetur: deditio[n]em praecipio impunitate vita[n]e proposita, ita ut illic, Zenobia, cum tuis agas vitam ubi te ex senatus amplissimi sententia collocavero. Gemmas, argento, aurum, sericum, ²⁷ equos, camelos in ararium Rom. conferatis. Palmyrenis jus suum servabitur. Hac epistola accepta, Zenobia superbius insolentiusque rescripsit quam ejus fortuna poscebat. credo ad terrem: nam ejus quoque epistolæ exemplum indidi. Zenobia regina Orientis Aureliano Augusto. Nemo adhuc præter te quod poscis, literis petiit. Virtute faciendum est quicquid in rebus bellicis est gerendum. Deditio[n]em meam petis, quasi nescias Cleopatram reginam perire maluisse quam in qualibet vivere dignitate. Nobis Persarum auxilia non desunt, que jam speramus: pro nobis sunt Saraceni, pro nobis Armeni. Latrones Syri exercitum tuum Aureliane vicerunt: ³ quid igitur si illa venerit manus quæ undique speratur? pones profecto supercilium, quo nunc mihi deditio[n]em, quasi omnifariam victor, imperas. Hanc epistolam Nicomachus se transtulisse in Græcum

^{*} Sed credo adjuturos Romanam rem publicam vir deos.] Quid vult sibi Palatinus cum hac lectione, adjuturos Romanam rem publicam vir deos? an veros deos scribere voluit? ut per veros Deos, aut verum Deum intelligat Solem, quem præcipue venerabatur Aurelianu[s], & quem supra certum Deum vocabat. juvat quod sequitur: qui nunquam nostris combatibus defuerint. nam Solem in bello sibi farentem vidisse præ se ferebat. Vopiscus paulo supra: illuc eam formam numinis reperit, quam in bello sibi farentem vidit. nec prohibet quod veros Deos in pluralitate, non verum Deum dixit.

Tom. II.

CASAUBONUS.
1 Ac pro malis fessus.] Scribe, præ malis fessus.

SALMASIUS.

2 Equos, camelos in ararium conferas.] Conferatis, libri veteres. melius. non enim ad solam Zenobiam missa est hæc epistola, sed ad reliquos bellum socios. sic initio epistolæ: sponte facere debuisti id quod meis litteris nunc jubetur.

3 Quid igitur si illa venerit manus quæ undique speratur?] Quod si igitur illa venerit manus. ita editio princeps. sed vulgatum malo.

H h x Demi-

on all
Sides

cum ex lingua Syrorum dicit ab ipsa Zenobia dicta-
tam. nam illa superior Aureliani, Græca missa est.
28 His acceptis literis, Aurelianus non erubuit, sed ira-
tus est: statimque collecto exercitu ac ducibus suis,
undique Palmyram obsedit: neque quicquam vir for-
tis reliquit quod aut imperfectum videretur aut incu-
ratum. Nam & auxilia quæ à Persis missa fuerant, in-
tercepit: & alas Saracenas Armeniasque corrupti, at-
que ad se modo ferociter, modo subtiliter transtulit;
denique post multa mulierem potentissimam vicit.
Victa igitur Zenobia ³ quum fugeret camelis quos

dro-

¹ Denique post multa mulierem poten-
tissimam vicit.] Melior Palatini & ve-
teris editionis scriptura: denique mul-
ta vi mulierem potentissimam vicit. ostendit
quanta difficultatis & molimini-
nis res fuerit Zenobiam, et si foemina-
nam, vincere. quod omni occasione,
& quounque sermone præ se fere-
bat Aurelianus, ne parum gloria vi-
deretur adeptus quod viciisset foemina-

captam, Romam esse in triumpho
ductam: sine dubio pugnam illam in-
telligit, quæ apud Emessam pugnata
est, & qua Zenobia de summa terrore
cum Aureliano decertavit. Vopiscus
supra: pugnatum est posthac de summa re-
rum contra Zenobiam & Zabam ejus so-
cium apud Emessam magno certamine. non
tamen eo prælio capta est Zenobia
ut velle videtur Sextus Rufus. Vo-
piscus apud Emessam prælium illud
commissum scribit. Sextus, apud Imas
non procul ab Antiochia. apud Euse-
bius reponendum apud Imas vincitur.
vulgo etiam in editione Scaligeri:
apud Timas legitur: quod vitium est
non appellatio ejus loci diversa. cum
enim apud Imas scriptum est, facile
ex fine præcedentis vocabuli, T littera
adhæsit initio sequentis. iupas
Ptolemaeus vocat. sed Sextus Rufus
& ex eo D. Hieronymus res gentes
diversis temporibus in unum con-
fundunt. nam certum quidem est
Aurelianum levi conflictu habito,
non longe ab Antiochia partem
quamdam exiguum Palmyrenorum,
quæ collem imminentem suburbano
Antiochiae, cui Daphne nomen est,
occuparat, dejecisse inde, & profi-
gasse. verum illud ultimum certa-
men, quo Zenobia res penitus affi-
cta sunt, & attrita, apud Emessam
commisum est. Distat autem Antio-
chia Emessa M.P. cxxxiiii. Imma au-

tem,

CASAUBONUS.

² Victa igitur Zenobia, cum fugeret
camelis, quos dromadas voc.] Zosimus
pæne ad verbum ista: τοῦτο βγάλο-
σιμπος Palmyreni obseSSI, καὶ ορ-
εύλω τῷ Ζενοβίᾳ αὐθιδάντες,
αἱ δὲ ορεύλων εἰσὶ τὸ χρεῖ, καὶ ἵππες
τῶν εγέρσονται, τὸ πόλεας οὐαξά-
γγέλλουν.

SALMASIUS.

² Victa igitur Zenobia cum fugeret ca-
melis.] Victam Zenobiam eo tem-
pore accipit, quo intra Palmyram
conclusa, cum obseSSam urbem diu-
tius defendi non posse videret, clam
elapsa, & camelis dromadibus im-
polita fugam ad Persas parabat. ita
Zosimus: ita hoc loco Vopiscus. quid
igitur sibi volebat Sextus Rufus cum
scriberet Zenobiam multis elibana-
riorum & sagittariorum millibus
fretam prælio victam apud Imas, &

dromadas vocant, ¹ atque ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta, atque in Aurelianii potestatem deducta. Victor itaque Aurelianus, totiusque jam Orientis possessor, quum in vinculis Zenobiam teneret cum Persis, Armeniis, ² Saracenis, superbior atque insolentior egit ea quæ ratio temporis postulabat. ³ Tunc illæ vestes quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis, ⁴ tum Persici dracones, & tiaræ,

tum

tem vel Immæ, triginta tribus milibus passuum distat ab Antiochia quod ex veteri tabula itineraria didici, quæ *Emman* vocat pro *Imma*.

³ Quum fugeret camelis quos dromadas vocant.] Libri veteres editi scriptique, quos dromedas vocant. Dromeda quoque dicuntur Isidoro in Originibus; Dromeda, inquit, genus est camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris nomen habet. sic autem dromeda, vel dromida Latinis qui Græcis ὀρούγις, quemadmodum Numidam idem Latini dixerunt, qui apud Græcos Νομαῖς. nam ὀρούγεδες dromedæ, ut Nomades, Numidæ.

CASAUBONIUS.

¹ Atque ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta.] Capta est cum Euphratem navigio transiret, cum jam videretur periculo exempta.

SALMASIUS.

² Saracenis superbior atque insolentior.] Idem libri, superior atque insolentior, sed superbior atque insolentior, verum est. sic supra hæc duo junxit: Zenobia superbius, insolentiusque rescripsit. leviter autem distinguendum ad maiorem lucem: victor itaque Aurelianus, totiusque jam Orientis possessor, quum in vinculis Zenobiam teneret, cum Persis, Armeniis, Saracenis, superbior atque insolentior egit ea quæ ratio temporis postulabat. id est cum Zenobiam in vinculis teneret, & Persas, & Armenios & Saracenos. intelligit Persas illos quos ad auxilium venientes interce-

pit Aurelianus, ut & Saracenorum alas & Armeniorum, quos in vinculis tenebat, ut eos in triumphum duceret, qui & ducti sunt, ut infra videamus.

³ Tunc illæ vestes quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis.] Alibi apud hos auctores mentio est vestium margaritis consertarum. Græcis μαργαρίταις dicuntur. Arrianus in periplo maris Erythræi: τὸν εἰς τὸν περγάται πορέαντον τὸν Ηπιαδόποιο συλλέγειν πεινάει. Φίλος) γδὶ αὐτῆς στρόφες μαργαρίταις λεγόμεναι. sic enim illum locum legimus, qui & vulgo male excusus, & perperam ab interprete & commentatore viro docto redditus. περγάται πεινάει, id est, perforatur margaritum. hodie ibi editum est, περγάται.

CASAUBONIUS.

⁴ Tunc Persici dracones.] Deest verbum cui tota periodus innitatur: nempe, capti sunt ab Aureliano. Dracones, inter signa fuerunt, ea quidem atate, Persarum, paullo vero ante, Parthorum qui in Oriente reum erant domini. Apud Parthos cohortes millenariæ fuerunt, & cuique cohorti suus draco attributus. Et erant hi dracones simulacula verorum draconum, ea arte expressa ad terrorrem hostibus inferendum, ut vulgo apud Romanos aliquando creditum sit, viva ipsa animalia, non illorum imitamenta ad bellum ferre Persas: qua in confliktu hostes appeterent,

Hh 2 & mi-

tum genus purpuræ quod postea nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis vidit: de qua pauca faltem libet
 29 dicere. Meministis enim fuisse in templo Jovis Optimi Maximi Capitolini ¹ pallium breve ² purpureum lanestre, ad quod quum matronæ atque ipse Aurelianus jungerent purpuras suas, cineris specie decolorari videbantur cæteræ divini comparatione fulgoris. Hoc munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptum, Aureliano dedisse perhibetur, scribens, *Sume purpura qualis apud nos est.* sed hoc falsum fuit. Nam postea ³ diligentissime & Aurelianus & Probus & proxime Diocletianus ⁴ missis diligentissimis confectoribus, requi-

& misere vorarent. quam falsam auditionem ridicule fecutus erat ille historicus, cuius ineptias exagitat Lucianus in libello De conscribenda historia. *τέλος, οὐκέτων πάντα εἰσεγίνεται, ωστε τοῖς δράκοντες ἐφ τὴν Παρθενίαν, ομοίων δὲ τῶν θεῶν τοῖς αὐτοῖς. Καλλιεργεῖται δὲ οἷμα ό δράκων αὐτός ζωντας δράκοντες παρηγένθεις εἴναι γνωστόν εἰς τῷ Παρθενίῳ μηχανῇ τοτε τὸν Ινδιανόν. τότες δὲ τέλος μὲν ἐπὶ κοντάνια μεταξέλαντον σύνδεσμόντος, οὐ γάρ τοις αὐτοῖς αὐτός εἰπειν. Καὶ πόρφυρον ἐπελασμόνταν, διαχειρίζεται. εἰς αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ, επειδήν ὅπερ εἴσοντες αὐτοῖς ἐπαφιάσοντο τοῖς πολεμοῖσι. Λεγε κατερα, atque ibi scribe τοις εργάσθενταν αὐτοῖς:* quod verbum de serpentibus proprie dicitur. qui spirarum suarum volume aliquid cingunt. à Parthis accepertunt signum hoc Romanæ cohortes: de quarum draconibus & de draconariis passim Ammianus Marcellinus & ejus aetatis scriptores. multa etiam in libris de militia clarissimum litterarum lumen, Justus Lipsius.

1 Pallium breve purpureum lanestre.] Lanestris vox ejus saeculi: ut vallestris, qua utitur Ambrosius, & similes.

2 Diligentissimis confectoribus.] Hoc

est, infectoribus. nam confector pro priæ arena verbum est.

GRUTERUS.
2 Purpureum lanestre.] Sic quoque Palat.

SALMASIUS.

1 Pallium breve purpureum lanestre.] Multa ἀρχιγένα ad hoc exemplum formarunt veteres. ut campestre à campo: fanestre à fano: terrestris, lanestre, & similia. sic palestre à palus direxerunt. Innocentius de litteris notis juris exponendis: sub se canucias, & res palestres habet, & foris aquivergia ita enim ibi habet liber Palatinus ex quo olim illum de casis litterarum tractatum transcriptus.

4 Missis diligentissimis confectoribus.] Confuctores, heic sunt infectoribus. sic vetus interpres Juvenalis lanam confectam, pro infecta posuit, ad illum versum,

In tunica Jovis & picta Serrana frumentum

Ex humeris aulæ togæ. mappam mittentem in circu consulem pœta describit: Nam tunicam Jovis togam palmatam dixit Tyria purpura confectam, hoc est Serrana. Et sane inficere quod tingere significat, idem omnino est quod facere, vel conficere. nam infictum non solum, quod non factum est,

termitian

requisiverunt tale genus purpuræ, nec tamen invenire potuerunt. ¹ Dicitur enim sandix Indica talem purpuram

est, sed & quod factum est, significat. ^{purpuram facere si curetur.}] Bene judicavit Turnebus de herba aut frutice heic sandicem accipiendam, non de pigmento. omisit tamen præcipuum, & maxime validum argumentum quo poterant retundi, qui pertinaciter heic & apud Virgilium aliosque auctores sandicem pro pigmento semper accipi debere contendebant. dicerent enim mihi, ubi lectum sit pigmenta illa & colorum ut ita dicam metalla tingendis vestibus aut lanis apud tintorum officinas fuisse usurpara. quis unquam dixit vestem auripigmento tintam, aut cerussa, aut ocrea, aut sandaracha, aut ejusmodi aliis coloribus, qui solis serviant pictoribus & tectoribus?

Hesychius: ^{ρέυμα, βάρικα, ρέζεν} igitur ad verbum est inficere, vel conficere, hoc est tingere. & ^{ρέκτης} infector, vel confector. ^{ρέγον} & ^{ρέσεα,} infestum, id est tinctum vestimentum.

CASABONUS.

¹ Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si curetur.] Sandicinus color similis coccineo, ut auctore Sosibio docet Hesychius. ideo scribunt Suidas & Photius in suis Lexicis, Σάνδυξ κεράμως κόκκινος. sed hi de eo colore intelligunt quem non Indica sandix conciliat, verum alia quæ in usu vulgo Græcis & Romanis fuit. de hac lege Plinium libro xxxv. cap. vi. & Hadrianum Turnebum in Adversariis. Indicæ vero hujus sandicis alibi factam mentionem non invenies. posterior hujus vocis variæ scripta legitur, sandix, & sandyx: variat & modulus syllabæ in obliquis. producitur Propertio libro secundo:

Illaque plebeio vel sit sandicus amictu. corripitur aliis. Gratius de venatione,

Interdum Libyofucantur sandice pinna.

SALMASIUS.

¹ Dicitur enim sandix Indica talem

^{purpuram facere si curetur.}] Bene judicavit Turnebus de herba aut frutice heic sandicem accipiendam, non de pigmento. omisit tamen præcipuum, & maxime validum argumentum quo poterant retundi, qui pertinaciter heic & apud Virgilium aliosque auctores sandicem pro pigmento semper accipi debere contendebant. dicerent enim mihi, ubi lectum sit pigmenta illa & colorum ut ita dicam metalla tingendis vestibus aut lanis apud tintorum officinas fuisse usurpara. quis unquam dixit vestem auripigmento tintam, aut cerussa, aut ocrea, aut sandaracha, aut ejusmodi aliis coloribus, qui solis serviant pictoribus & tectoribus? Hesychius & pro herba & pro pigmento ponit sandicem annotavit, cuius hæc sunt verba: Σάνδυξ, δίνδρον ζαμνώδες, & τὸ ἄνθον χροῖν κόκκινον φερῆ ἔχει, ὡς Σαστίνον, η φάρμακον ιατρικὸν η κιβωτός, nam per φάρμακον pigmentum intelligit. Suidas autem & Photius in suis lexicis non herbam, sed pigmentum & φάρμακον sandicem esse dixerunt. Σάνδυξ κεράμως κόκκινος, quod imposuit longe eruditissimo viro. non enim κεράμως ibi est herba tingendo apta, sed pigmentum. pigmenta enim Græci vocant κεράμως, Latini etiam colores: & sic apud Vitruvium caput est de coloribus, quo explicat, qui satitii sint colores, qui nativi. Glossæ: Auripigmentum, δρυσινὸν, κεράμως τι. Ψιλωθεν. Hesychius: δρυνὴ κεράμως εἰδῶ λαρεῖν, ὅπερ ημεῖς δρυσινὴν λέγουμεν. idem: Σανδαρίχη, κεράμως εἰδῶ. idem: Κινδύνεις εἰδῶ κεράμως αληθεῖς ὡς λέγουμεν κόκκινος. & sic de aliis. igitur cum legeris σάνδυκα esse κεράμως, non de herba tintoria, sed de pigmento accipe. Porro de sandice

Hh 3 legi

puram facere, si curetur. Sed ad incepta redeamus.
 3^o Ingens tamen strepitus militum fuit omnium, Zenobiam ad pœnam poscentium. Sed Aurelianus indignum existimans mulierem interimi,² occisis plerisque quibus autoribus illa bellum moverat, paraverat, gesserat, triumpho mulierem reservavit, ut populi Romani oculis esset ostentui.³ Grave inter eos qui cæsi sunt, de Longino philosopho fuisse perhibetur, quo illa magistro usa esse ad Græcas literas dicitur. Quem quidem Aurelianus idcirco dicitur occidisse quod superior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio, quamvis Syro esset sermone contexta. Pato igitur Oriente, in Europam Aurelianus redit vitor,

Ilegi eam esse herbam quam nos vulgo guarantiam vocamus. sic enim scriptum reperi in vetustissimo Glossarum codice qui clarissimorum Puteanorum est: Sandix herba timetur apta, quam vulgos varantiam vocat. sed hæc alias pluribus, ubi etiam docebimus Gratii versum.

Interdum Libyco fuerantur sandice pinne:

non de herba, sed de pigmento esse capiendum. de metallo porro sandicis egregius apud Strabonem locus lib. xi. sed corruptissimus, quem sic emenda: η ἄλαξ ἐστι μέταλλα η ἀλάξ στρίδεντος καλαμίνης, ὁ δὲ οὐδὲ Αραβίον καλάξ κεῶνα ὄμφατον καλάξ. vulgo scribitur: ὅπιδεντος καλαμίδην. Notandum autem ex verbis Hesychii στρίδεντος etiam arcum significare. Graci recentiores στρίδεντος corrupte pro στρίδεντος dixerunt nam στρίδεντος illis est arca. quam vocem falluntur qui origine Arabicam volunt esse. contra Arabes ex Græca suam fecere; quæ Graci στρίδεντος, Arabibus Sandock. verum hæc non hujus loci.

¹ Ingens tamen militum strepitus fuit,] Tamen pro autem,

CASAUBONUS.

¹ Ingens tamen strepitus militum fuit, omnium Z.] Tamen huic scriptori non raro pro autem usurpatum: quod moneo ne quis mutandam scripturam puter.

² Occisis plerisque quibus autoribus illa bellum moverat, p.] Judicium Emissæ habitum de Zenobia & consiliariis ejus ac belli sociis, vide Zosimum.

³ Grave inter eos qui cæsi sunt de Longino philosopho fuisse perhibetur, q.] Hic est Cassius Longinus, quem Porphyrius in libro de vita Plotini tantopere laudat, sui temporis eruditissimum nominans, καλυπτόντος, ἐπομένων, & ἐλεγκτού. Meminit hujus & Eusebii, qui libro xv. Περὶ Δρακονῖδης, quadam illius descripsit. Libros multos ediderat quorum plerosque recenset Suidas. Extat hodieque Longini Περὶ Ζεύς libellus vere aureolus: ex quo semichristianum fuisse, non male fortasse colligas, propter illud quod facit de Mosis scriptis iudicium. Ejus eruditionem, scripta & constantiam in subeundo supplicio laudat hoc loco Zosimus.

x Aiqus

victor,¹ atque illic Carporum copias affixit: & quum illum *Carpicum* senatus absentem vocasset, ² mandasse illico fertur, *Supereft P. C. ut me etiam Carpisculum vocetis.* ³ *Carpisculum* enim genus calciamenti esse satis

notum

¹ Atque illic Carporum copias affixit.] Carpos vicit, & ex parte in Romanum solam transtulit: cuius exemplum postea fecutus est Diocletianus: de quo Aurelius Victor: *Interea casti Marcomanni, Carporumque natione translata omnis in nostrum solum: cuius pars jam tum ab Aureliano erat.* deest hic verbum. nam scribi postular sententia, c. f. pars altera i. aut simili modo.

² *Carpisculum* enim genus calceamenti esse satis notum est: quod cognomen de forme videbatur.] Perverso ordine ita haec leguntur: nam scribendum hoc modo: *Supereft P. C. ut me etiam CARPISCVLVM vocetis?* quod cognomen de forme videbatur: *carpisculum* enim genus calceamenti esse, satis notum est. Erat autem carpiculus barbarici calcei genus, à Græco καρπός sic dicti: vel ex eo potius, quod cum carpisculis sive carpisculis architectorum similitudinem aliquam haberent. mentio illorum in antiquo lapide Viennæ Allobrogum, ubi leguntur haec:

D. D. FLAMINICA. VIENNÆ

TEGVLAS. MNEAS. AVRATAS

CVM. CARPISCVLIS. ET

VESTITVRIS. BASIVM. ET. SIGNA

CASTORIS. ET. POLLVCIS. CVM. EQVIS

ET. SIGNA. HERCVLIS. ET. MERCVRI

D. S. D.

SALMASIUS.

² Mandasse illico fertur.] Pal. & loco fertur. supra docuimus legendum: mandasse è loco fertur. è loco, id est aw-τόθεν. è loco mandavit. αὐτίθεν επέ-τειλεν. vide qua supra adnotavimus.

³ *Carpisculum* enim genus calciamenti.] Palatinus: *carpiscum.* Carpisculus formæ diminutivæ est, cuius principalis est *carpiscus.* quod ramen & ipsum καρπογενή est. sic enim

carpiscus à carpo, ut scortiscum, vel scordiscum à scorto: & scutrisca à scutra. hac enim ῥάνγεσιν & forma gaudent Latini. *carpus* igitur genus calciamenti. *Scarpinos* etiam hodie vocamus pro *carpinis.* Itali *scarpos* vocant pro *carpis.* nam multis vocibus recentiores & præcipue Græci literam σ, initio addebant. sic σφενλην pro fecla, vel fæcula dicebant. σφαλάδησιον pro Φαλαδύσιον. *σφαλαγγιον* quoque scribitur apud Vegetum. sic Latini quoque veteres, seutram ex Græco κύθηρα fecerunt: & scrutum ex γέντον. sed *carpum* aut *carpisculum*, vel *carpisculum*, unde putamus dictum? non enim à voce Græca καρπός, qui posset id convenire? καρπόν Græci de manu, non de pede usurpant. sed nec à *carpisculis* architectorum. immo contra est. nam *carpisci* quorum mentio est in veteri inscriptione, à similitudine *carpisci* lorum calceorum videntur potius dicti. *carpisci* & *vestituræ basium* simul ponuntur in illa inscriptione:

TEGVLAS. MNEAS. AVRATAS

CVM. CARPISCVLIS. ET

VESTITVRIS. BASIVM.

Sic Græcis καρπός & calcei genus, quam Latini crepidam, & basim significat. *carpus* igitur & *carpiscus* & *carpisculum* calceoli species, & pura puta vox Lat. est. sic appellatur calceus multifariam scissus & casus. quem Græci πολυσχόδη vocant & λεπτόχοδη. Cephisodorus Trophonio:

— σανδάλιον τὸ τῆς λεπτόσχοδῶν
ἔφατο μὲν χειροῦ θεῖτεν επιτηδειαφο-
carpere id Latinis significat. *carpus* à verbo *carpo*. ut *dividus* à *divido*, qui *divisus* est: unde & *dividia*, διχρόνια, & *divisio*. sic *carpus*, πολυσχόδη. unde & *carpia*, quem Græci μάγτον appell-

Hh 4

appel-

notum est, quod cognomen deforme videbatur: quum & *Gotthicus* & *Sarmaticus*, & *Armeniacus*, & *31 Parthicus*, & *Adiabenicus* diceretur. Rarum est ut Syri fidem servent, imo difficile. ² Nam Palmyreni, qui jam victi atque contusi fuerant, Aureliano rebus Europiensibus occupato, non mediocriter rebellarunt. Sandarionem enim, quem in praesidio illic Aurelian posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt, ³ Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium. ⁴ Verum adeo Aurelian, ut erat paratus ex

Euro-

appellant. Glossæ *ρυπαρογύ πάνγυ* interpretantur. quam vocem hodieque retinemus. nec est quod quisquam subtilius hæc quam verius dicta esse credat. verissima enim sunt.

¹ Et *Adiabenicus* diceretur.] Pal. & *Adiabene* illæ diceretur. corruptissime. scribendum: cum & *Gotthicus* & *Sarmaticus*, & *Armeniacus*, & *Parthicus*, & *Adiabenicus* jam illæ dicereur.

GRUTERUS.

¹ Et *Adiabenicus* diceretur.] Pal. & *Adiabene* mille diceretur. ut videatur fuisse primitus, & *Adiabenicus* jam illæ dicereur.

⁴ Verum adeo Aurelian, ut erat paratus, ex Europa revertit.] Sic quidem mis quoque Pal. sed nihil verius quam legendum, verum ad eos Aurelian.

CASABONUS.

² Nam Palmyreni qui jam v.] Narrat Zosimus, tendenti in Europam Aureliano allatum esse nuntium de Palmyrenorum defectione: qui ducem naucti Apsæum quendam, initio imperium deferre conati sunt Marcellino duci Orientis: deinde eo fidem Aureliano servante, Antiochum quendam hominem abjectissimum imperii insulis donaverunt. rediisse igitur Aurelianum, & Palmyram funditus evertisse: Antiochon dimisso, cum ob summam vilitatem ira sua illum putaret indignum. hæc ita Zosimus.

³ Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium.] Antiochum non Achilleum vocat Zosimus. Παλμυρῶν Αὐλίοχα τελέστης ἀλλογενοῦς ιματίου τοῦ Παλμύρου εἶχε. & mox iterum, ubi de ejus vilitate: cum tamen hic dicitur parens id est cognatus Zenobiæ fuisse, cujus origo Cleopatra ante est exposita.

⁴ Verum adeo Aurelian, ut erat paratus, ex Europa revertit.] Nullum hic locum habet vocula adeo. sed locus est depravatus, cum sit scribendum: Verum ad eos Aur. Vertit Vopiscus auctorem Græcum, cuius verba usurpavit & Zosimus. Αὐρηλιανὸς δὲ τοῦτο ἀκηγοὺς, αὐτόθεν οὐ εἰχεῖ τοῦ ἐργαστησθε. illa, αὐτούς οὐ εἶχε, interpretatur Vopiscus, ut erat paratus. ēτι τοῦ ἐργαστησθε, ad eos. vocem hanc Græcam non poëtæ solum usurparunt, verum & historici: nam apud Marcellinum legas, eos tradidit & eos partes. ac similia.

SALMASIUS.

⁴ Verum Aurelian ut erat paratus ex Europa revertit.] Optimus Palatinus: εὶς Rhodopa revertit. Zosimus: ἐχομένης τοῦ Αὐρηλιανοῦ τὴν τοῦ Εὐρωπῶν οὖδε. nondum Europam testigisse vult Aurelianum Zosimus, cum nuncium accepit defectionis Palmyrenorum. at Vopiscum jam eum in Rhodopa fuisse, quæ est Thraciæ provincia. Ammianus Marcelli-

Europa revertit: atque urbem, quia ita merebatur, evertit. Crudelitas denique Aureliani, vel (ut quidam dicunt) severitas, eatenus extitit, ut epistola ejus fera tur, confessionem immanissimi furoris ostentans, cuius hoc exemplum est. *Aurelianus Augustus* ¹ *Ceionio Basso.* Non oportet ulterius progredi militum gladios. ² jam satis Palmyrenorum casum atque concisum est. Mulieribus non pepercimus, infantes occidimus, senes jugulari mus, rusticos interemimus: cui terras, cui urbem deinceps relinquemus? Parcendum est iis qui remanserunt. Credimus enim tam paucos tam multorum suppliciis esse correctos. ³ *Templum sane Solis, quod apud Palmyram*

aqui-

cellinus lib. xxvii. Rhodopa huic annexa Maximianopolim habet, & Maroniam & Eum. hujus & alibi meminit: sed observatione dignum est, cum de monte loquitur, Rhodopen vocare; cum de provincia, Rhodopam. de monte lib. xxii. consert & summorum montium summitates Hæmi & Rhodopes. & lib. xxvii. per dextrum, quod australiter est latus, scopuli tenduntur Rhodopes, atque alibi paßim. de provincia lib. xxii. Hinc graciliscaens paulatim, & velut naturali quodam commercio ruens in pontem ejusque partem ad se jungens, in speciem Φ Gracæ litteræ formatur, & Helle sponte à Rhodope scindens, Cynoſema ubi sepulta creditur Hecuba, & Cœlæ prætrahitur, & Seston & Callipolin. in veteri Notitia imperii, Hæmimontus & Rhodopa provinciæ habentur. sic Hæmimontum, cum de provincia sermo est, libentius appellant auctores; at montem ipsum, Eum. Hæmimontanas celsitudines tamen alicubi nominat Ammianus.

¹ *Ceionio Basso.*] *Cerronio Basso*, Palatinus cum veteri editione.

² *Jam satis Palmyrenorum casum atque occisum est.*] Inter cædere & occidere quid inter sit nihil video, aut quid plus alterum altero significet. sed recte Palatinus: *jam satis Palmyrenorum casum atque concisum est.* itaque etiam

habuit editio prima. quare mutarint recentiores editiones, assequi non possum conjectura. at concidere plus est quam simpliciter cædere, duobus illis verbis magnam carnificinam lanienamque factam Palmyrenorum ostendit. nam concidere proprium lanionum est.

³ *Templum sane Solis quod apud Palmyram est.*] *Templum Solis apud Palmyram fuisse*, vel hic locus indicium facit. nulla ferme pars orientis in qua Sol non coleretur. sed pro urbium ac locorum diversitate in quibus colebatur, diversis eriam appellationibus censebatur. Emisseni Alagabalum eum vocabant, apud quos in effigie mentis adorabatur. atque inde nominis ratio, ut supra docuimus. *Palmyreni Malachbeium solem appellabant*, quasi dicas *Regem Belum*. nam Belum Syri & Phœnices & multi alii Eoi populi præcipuo cultu dignabantur, quem Saturnum & Solem esse volebant. Photius ex vita Isidori à Damasco scripta: ὅπις Φοίνικες καὶ Σύροι τὸ Κράτον Ήλίου Βηλ καὶ Βολαθέων ἐπονομάζουσι. quod eumdem autem Solem cum Saturno esse sciserent, testis Servius, ne aliquos in testimonium adducam: *Betus primus rex Assyriorum*, ut supra dictum est, quos constat Saturnum quem cumdem

H h 5 & So-

Standard
backlot

490 FLAVII VOPISCI SYCACUSI^U
a quilibet legionis tertiae cum vexilliferis & draconario
^{cor-}

¶ Solem dicunt, Funonemque coluisse: quæ numina etiam apud Arios postea culta sunt. unde & lingua Punica Bel Deus dicitur. Apud Assyrios autem Bel dicitur quædam sacrorum ratione, & Saturnus & Sol. H'λ & Βῆλ idem, ut constat ex alio Photii loco. Servius de Beli nomine apud Virgilium, Didonis patris: & regis nomen ratione non caret. nam omnes in illis partibus Solem colunt, quiporum lingua Bel dicitur. unde & Βῆλος. ergo addita digamma, & in fine scilicet derivatione à sole regi nomen impunxit. in veteri quadam inscriptione Romana Ζει πατέρωι Palmyrenorum Μαλάχηνα & Αγλεων vocantur. quoram & simulacra ibidem in marmore sculpta habentur vicili habitu, criso crine, succincta & tenuata, eorumque alterum Lunam pictam in humeris habet, & cothurnis innexum est, hastile manu gestans. Sol & Lunam illi duo dii sunt. nam & Lunam marem Deum esse credebant, masculinoque eam nomine ac sexu nuncupabant plerique Orientis populi. de Luno Deo vide in vita Caracalli. Μαλάχηνα solem esse plane mihi persuadeo, & Αγλεων lunam: sed quare ita dicta sit, velim disquirant linguae Syriae peritiores. Zosimus ζλιον ή Βῆλον eundem quoque facit, ubi scribit Aurelianum donariis templi Palmyreni templum quod Romæ Soli edificavit exornasse. εὐ τέττῳ η τὸ δὲ ηλίος δειμόδην οἱ ισραὴλιοι περιεπέποντο τοῖς δύο Παλμύρας οὐσίουσιν ἀναθήμασιν, ηλίος δὲ η Βῆλος κοθιορύσσεις οὐαλημε. hodie apud Zosimum legitur: ηλίος τε η Βῆλος, minus recte, mea quidem sententia, dissentit autem Zosimus ab Aureliano qui in hac sua epistola scribit se templum illud Solis apud Palmyrenos restituendum in integrum curavisse, & ad eam formam qua fuerat prius, reddendum. Zosi-

mus spoliatum ab Aureliano vult, nec unquam restitutum.

CASAUBONIUS.

1 Aquilifer legionis tertiae.] Scribe aquiliferi, ex omnibus libris, & quia vulgata lectio σολοκεῖ.

GRUTERUS.

1 Aquiliferi legionis tertiae.] Sic & Palat. non ut vulgg. aquilifer.

SALMASIUS.

1 Aquilifer legionis tertiae con vexilliferis.] Non fero emendandum doctissimum virum: Aquiliferi tercia legionis. quid enim? an plures aquiles in una legione? immo una tantum, quam & cohors prima habebat. signa vero alia plura. nam singulae cohortes suum draconem habebant. Hyginus: Cohors prima causa signorum & aquila intraviam singulariam, & quinque duplam numerum habet, duplam pedaturam accipit. si una aquila in legione, non plures erunt aquiliferi. putavit vir eruditissimus vulgariter lectioνem σολοκεῖ, quod ita concepta sit: aquilifer cum vexilliferis diripiunt, sed ita moris habent optimi quique autores loqui. sic enim accipi debet, quasi esset scriptum: aquilifer & vexilliferi diripiuerunt. Terentius in Heantonimor. Syrus cum illo vestro confurrant, & conferunt consilia ad adolescentes. sic enim in optimis codicibus, pro Syrus & ille vester confurrant. sic Ulpianus D. de question. leg. i. Imperator noster cum Divo patre suo id non admiserunt. pro Imperator & Divus pater eius id non admiserunt.

2 Et draconario, & cornicinibus.] Et cornicibus, ita Palatinus, & editio vetus. sic clasicus pro classicos apud Varronem de lingua Latin. in veteri libro reperiri testatur Turnebus: similicer liticines & clasicus à classe. ubi vulgo habetur, clasicos. sic tubae & cornices, in vetustissimis Isidori exemplari-

& cornicinibus atque liticinibus diripuerunt, ad eam formam volo quæ fuit, reddi. ¹ H abes trecentas auri libras è Zenobia capsulis: habes argenti mille octingenta pondo. *chests*
 De Palmyrenorum bonis habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohonestari templum: mihi & diis immortilibus gratissimum feceris. Ego ad senatum scribam, pertensut mittat pontificem qui dedicet templum. Hæ literæ, ut videmus, indicant satiatam esse immanitatem principis duri. Securior denique iterum in Europam ³² rediit: atque illic omnes qui vagabantur, hostes nota illa sua virtute contudit. Interim res per Thracias Europamque omnem Aureliano ingentes agente, Firmus quidam extitit, qui sibi Ægyptum ² sine insignibus imperii, quasi ut esset civitas libera, vindicavit. ³ Ad quem continuo Aurelianus revertit: ⁴ nec illi defuit felicitas solita. Nam Ægyptum statim recepit: atque, ⁵ ut erat ferox animi, cogitatione multus vehe-
menter

plaribus me legisse testatum facio.
 de quo statuat quisque quod voluerit, nec enim ausim affirmare cornicem
 veteres dixisse pro cornicinem. eam
 tamen scripturam dissimulare nolui.

¹ H abes trecentas auri libras Zenobie
 capsulis.] Malim: H abes trecentas auri
 libras de Zenobie capsulis. sequitur si-
 militer ex distinctione summi viri
 Casauboni: habes argenti mille octingen-
 ta pondo de Palmyrenorum bonis.

CASAUBONI.

¹ H abes trecentas auri libras Zenobie
 capsulis.] Distingue sic: H abes trecen-
 tas auri libras in Zenobie capsulis: habes
 argenti mille octingenta pondo de Palmy-
 renorum bonis: habes gemmas regias.

² Sime insignibus imperii, q.] Falsus
 est Vopiscus, ut fatetur ipse in se-
 quente libro. vide locum.

³ Ad quem continuo Aurelianus re-
 vertit.] Non ex Europa quidem eo
 revertit, ut possit aliquis ex superio-
 ribus colligere: sed cum Europam
 pateret deleta Palmyra & Carras jam

pervenisset, iter in Ægyptum flexit.

⁵ Ut erat ferox animi, cogitatione mul-
 tus.] Οτια φόρδ αγέρωχος ἀντί βα-
 θυίσσει.

GRUTERUS.

⁴ Nec illic defuit felicitas solita.] Re-
 posui quod erat in Pal. male editi-
 prius, illi defuit.

SALMASIUS.

⁵ Ut erat ferox animi, cogitatione mul-
 tus.] Pauci mihi scire videntur, quid
 sit hoc loco cogitatione multis. nec e-
 nem is est qui multas variasque cogi-
 tationes habet, sed qui multus est, id
 est severus & tetricus, & qui severe
 cogitat. nam severe cogitare apud hunc
 auctorem dicitur pro severum esse.
 supra: testor autem omnes Deos me etiam
 timuisse, ne quid etiam erga filium meum
 severius, si quid ille fecisset levius, ut est na-
 tura prouia ad ludicra, cogitaret. ne quid
 severius cogitaret, pro, ne nimium seve-
 re ageret, ne severior esset. multus igi-
 tur heic idem significat quod in epi-
 stola

menter irascens quod adhuc TETRICUS Gallias obtineret, Occidentem petiit: atque ipso Tetrico exercitum suum prodente, quod ejus scelera ferre non posset, deditas sibi legiones obtinuit. Princeps igitur totius orbis Aurelianus¹ pacatis per Occidentem Gallis,

atque

Stola Valeriani de eodem Aureliano scripta, quam supra habemus: *Nimius est, multus est, gravis est, & ad nostra jam non facit tempora.* nam ut ibi nimius & multus Aurelianus dicitur, ita hoc loco ferox animi, & multus cogitando. nimius animi, & ferox animi, idem. & nimius quoque simpliciter idem quod ferox. Livius: *Mansius nimius animi cum alios principes sperneret. nimius animi, ο ζερπωχος.* nimium etiam per se in eo sensu posuerunt, & pro feroce & superbo acceperunt. Tacitus lib. 11. Hist. Et Triaria licentiam, modestum è proximo exemplum onerabat, Galeria imperatoris uxori non nimia tristibus & pari probitate mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris. sic nimius tuus modesto, animique modico contrarius est. Sevius ad illud,

nunc acris Oronti.

Nunc fortis, alias velocis.
quidam acrem in unamquamque rem vegetum ac nimium tradunt. sic etiam vox multus absolute accipitur, de eo qui in unaquaque re multus est. hinc & pro severo & tetrico morosoque, odioso & impotuno, quem Græci φοεληγος dicunt, sumitur. Afranius apud Nonium: *multa es, ac molesta multum.* ita accipiendus multus in obscurissimo epigrammate Catulli quod haec tenus viros eruditissimos torfit:

Multus homo es, Naso. num tecum multus homo est qui

Descendit? Naso multus es & patricius.

ita autem ipsum epigramma legendum ac distinguendum est. multus es Naso & molestus & moresus, & arrogans. an vero tibi videatur multus homo esse qui descendit, & patricius est? mira enim res, ut homo cinclus, & qui omni-

bus omnia obsequitur, idem quoque arrogans sit & superbus ac difficilis & asper. hic sensus illius epigrammatis de quo nos alibi plura. Græci πολωνοι dicunt hominem gravem & serium, & quantivis pretii. at Latinis multus non nisi in malam partem accipitur, ut & nimius. est enim φοεληγος η βαρύς. sic cogitatione multus hoc loco non est, quod vir doctissimus censebat, ο βαθυτερος & vir multarum ac variarum cogitationum, sed asper & tetricus, & ob nimiam severitatem suam importunus & odiosus. quod vitium in Aureliano omnes historici notarunt.

CASAUBONUS.

¹ Ipso Tetrico exercitum suum prodente.] Vide Pollionem in XXX. tyrannis.

² Pacatis per Occidentem Gallis atque undique terris.] Scripta lectio, pacatis Oriente, Gallis atque v. t. recte.

GRUTERUS.

² Pacatis Oriente Gallis, atque undique. Sic quoque Pal. perperam edd. pacatis per Occidentem Gallis atque.

SALMASIUS.

² Pacatis per Occidentem Gallis atque undique terris.] Mirifice corruptus & interpolatus in hoc loco Palatinus. sic enim habet: pacatis Orientem Gallia atque ubique terrori victo eripe me his invi de malis, Roman iter flexit. an aliiquid deest? nam illa verba, Eripe me his invi de malis, ad Tetricum pertinent, qui hoc hemistichio Virgiliano usus est, cum ad Aurelianum mitteret, & se militibus liberari rogaret, quorum insolentiam ferre non poterat, ut a pud

atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia & Tetrico, hoc est de Oriente & Occidente, triumphum Romanis oculis exhiberet. Non ab re est cog- 33
 noscere, qui fuerit Aureliani triumphus. Fuit enim speciosissimus. Currus regii tres fuerunt. In his unus Odenati, argento, auro, & gemmis operosus atque distinctus: alter, quem rex Persarum Aureliano dono dedit, ipse quoque pari opere fabricatus: tertius, quem sibi Zenobia composuerat, sperans se urbem Romanam cum eo visuram: quod illam non fecellit. nam cum eo urbem ingressa est victa & triumphata. Fuit alius currus quatuor cervis junctus, qui fuisse dicitur Regis Gotthorum: quo, ut multi memoriae tradiderunt, Capitolium Aurelianus invectus est, ut illic cæderet cervos quos cum eodem curru captos vovisse Jovi Optimo Maximo ferebatur. Praecesserunt elephanti viginti, feræ mansuetæ Libycæ, Palestinæ di-
 versæ

pud Trebellium legitur. sed magis puto ad oram codicis ab aliquo studioso fuisse adscripta ex vita Tetrici, & à negligente librario in contextum recepta. Scribe igitur ex vestigiis Palatinæ lectionis: pacatis Oriente Gallicis, atque ubique turre inietto, Romam iter flexit.

I Fera Libycæ mansuetæ, Palæstina ducentæ.] Ferarum Libycarum numerum non adponit. an tam Libycæ quam Palæstinæ erant ducentæ? per Libycas autem feras mansuetas, leones mansuetos, & leopardos mansuetos intelligit. nam leones & leopardi, Libycarum ferarum nomine fere apud veteres censebantur. immo soli leopardi interdum illo nomine veniebant. Plinius capite de Pantheris postquam docuit illud genus in Africa Syriaque esse creberimum, addit: *Senatus consultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere.* ibi enim per Africanas solas, pantheras intelligit. sic capiendus Servius ad illud Virgilii:

— in pelle Libyſtidis arſe,

aut revera iuſa, inquit, aut feræ Africanae. per feram Africanam, pardum aut pantheram accipe, non leonem, ut putabat Lipsius. inde Libycæ pelles pretiosæ. pantherarum nempe aut pardorum. quas sola macularum varietas commendabat. Hesychius. Λιβυκὴ δέρμα, ὡς καλλίστον. non enim leonum pelles pulcerimæ, sed pardorum, vel pantherarum. idem Hesychius. Λιβυκὴ θηλίον, ἐπει γενάσιμα σκεῖ ερπετά καὶ ὡς Λιβύς ἐχόντος θηλία, καὶ τὸ ποικιλόμορφον. vides Λιβυκὴ θηλίον expomi ποικιλόμορφον. quod solis pantheris & pardis convenit. unde & varias eas vocare Romanii. vetus Glossarium: *Varia, ποικιλὴ πάρδαλις.* sic & Parthicas pelles, de quibus ut pretiosissimis & pulcerimis, tam frequens in libris occurrit mentio, pantherarum & pardorum erant pelles & tigrium. Africane igitur & Libycæ fera sunt pantheræ, vel pardæ, leopardorum Libycorum

versæ ducentæ: quas statim Aurelianus privatis donavit, ne fiscum annonis gravaret. tigrides quatuor: ^{REXS} ¹ camelopardali, alces, cætera talia per ordinem ducta: gladiatorum paria octingenta: præter captivos gentium Barbararum, ² Blemyes, ³ Axomitæ, Arabes, Eudæmones, Indi, Bactriani, Hiberi, Saraceni, Persæ, cum suis quique muneribus: Gotthi, Alani, Roxolani, Sar-

orum meminit Vopiscus in Tacito: sed & Syriacorum. nam in Syria, ut in Libya, frequentes.

¹ Camelopardali, alces.] Nihil variat Palatinus. sic in Gordiani tertii vita Camelopardalos vocat Capitolinus. idem in Gordiano seniore, oves feræ, & cum alcibus ponit, ut heic Vopiscus: oves feræ C. alces x. nisi potius de ovibus feris revera intelligere malis cum doctissimo viro. cui libens in hac parte assentior. vetus editio heic habet: Camelopardali, alces. quam non sequor.

³ Axomitæ.] Palatinus: Exomita, perperam. Axumitas vocat Stephanus, & urbem illorum A'ξεμιτην. A'ξεμιτης δροεντικας μητρόπολις Αιθίοπων. ο πολητης A'ξεμιτης. sed mendum esse puto apud Stephanum, & A'ξεμιτη legend. nullum enim urbis nomen sic definit. Αἴγυπτια autem urbes & Αἰθιοπικæ pleraque in iis desinunt. & earum έθνη in iis. sic Ο'ασις, Ο'ασιτης. Α'νυτης, Α'νυτητης. sic urbs Mauritania Τίγισις, Τίγιτης. ita A'ξεμιτης, A'ξεμιτητης. sic igitur in Stephano reponendum. Αὐξωμιτης vocat Procopius, quæ Stephano A'ξεμιτη.

CASAUBONUS.

¹ Camelopardali, alces.] Camelopardalin dicimus, potius quam camelopardalum. et si legi scio in Gordianis camelopardalis x. sed Græci semper καμηλοπαρδαλι. scribo igitur hoc loco, camelopardalis, alces. nullus appositus numerus, quia hæc anima-

lia singula sunt ducta.

² Blemyes, Axomitæ, Arabes Eudæmones.] Hæc nomina in antiquis exemplaribus perperam sunt exarata, quæ ita recte in vulgatis: nisi quod Eudæmones male separantur ab Arabibus. Felicis Arabia quæ Eudæmon A'ξεμιτης Græcis, populum ita nominat. de Blemyis lege Probi vitam: ex geographis nota hæc gens. Mamentinus in Genethliaco Maximiani. Blæmii, ait, illi, ut audio, levibus modo affetti sagittis, adversus Αἰθιοπias quæ non habent arma, & pene nudis omnes prælia internecina committunt. Procopius primo Persicorum auctor est, pacem fecisse Blemyos cum Diocletiano hoc lege, ut auri certum modum quotannis acciperent à Romanis. Axomitæ eidem Procopio dicuntur Αὐξωμιτης & Α'ξεμιτης urbs illorum. sic & Theodoretus nominat Quæstionibus in vetus Testamentum. ejus locum adscribam, quia in editis libris desideratur ut alia multa, quæ in membranis invenimus. ibi igitur de regina Saba hæc scribuntur: ΣABA ποιον ἔσιν έθνος. Αἰθιοπικοί, σύτεύθεν ηγετές κεῖται φασι τὸ θάλασσης τὴν ιρδικῆς. ονομάζεται δὲ αὕτης ΟΜΗΡΙΤΑΣ. ηγετήκει δὲ εἰς τὴν ΑΥΞΩΜΙΤΩΝ. μέσον δὲ τηταρηγάκειται η θάλασσα. τύπων έστι λόβος η θαυμασία εἰσείναι γνωταν αλιοι oppidum Axuma & populum Axumitas nominant. Legant vero studiosi veteris & novæ historiæ quæ de hac gente, & ejus appellatio ne hac docet Josephus Scaliger in Notis ad Computum Αἰθιοπicum.

I Relig.

Sarmatæ, Franci, Suevi, Vandali, Germani, ¹ religatis manibus captivi præcesserunt. ² Inter hos etiam Palmyreni, qui superfuerant principes civitatis, & Ægyptii ob rebellionem. Ductæ sunt & decem mulieres, quas virili habitu pugnantes inter Gotthos cepera: quum multæ essent interemptæ, quas de Amazonum genere titulus indicabat. ³ Prælati sunt tituli gentium nomina continententes. ⁴ Inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccinea, ⁵ tunica galbina, braccis Gallicis

blacard

yellowish

GRUTERUS.

¹ Religatis manibus captivi præcesserunt.] Pal. religati manibus captivi poteræ secesserunt.

SALMASIUS.

¹ Religatis manibus captivi præcesserunt.] Palatinus, poteræcesserunt, forte: processerunt, quod heic probem magis quam præcesserunt, in Gallieno: processerunt etiam ultrinctius centeni albi boves. sed ibi quoque legitur in Palatino, præcesserunt.

² Inter hos etiam Palmyreni, qui superfuerant principes civitatis.] Principes civitatis heic sunt περιπολίται. unus horum principum civitatis Palmyrenorum erat Odenatus priusquam imperium arriperet. quem principem Palmyrenorum vocat Trebell. Sextus autem Rufus, decurionem Palmyreum. Decuriones autem, vel Curiales in unaquaq; urbe erant civitatis principes, & quasi Senatores. ut enim Romæ Senatores, sic in aliis civitatib. Decuriones, erant urbis proceres & principes. Glossæ: περιπολίτης, princeps. item in aliis: princeps, περιπολίτης, ἡγεμόν. &c., περιπολίτης, proceres. Decurionum autem primi, principales dicebantur, ut notum est. de illis fuisse decurionum Palmyrenorum principibus Odenatum antequam imperium sumeret, licet augurari. hæc eo notanda duxi quia vir magnus ad Eusebium, causam se ignorare fatetur quare Odenatus decurio-

Palmyrenus Sexto Rufo dicatur, & ea voce δυναστὺς apud Palmyrenos designari existimavit. at sine dubio Rufus decurionem dixit, quem alii principem. ³ περιπολίτης scilicet.

CASaubonus.

³ Prælati sunt tituli gentium nomina continententes.] Melius, prælati enim sunt t. adduntur enim hæc, ut præcedentium verborum interpretamentum: quas de Amazonum genere titulus indicabat: vel ut in regio, quas de Amazonibus ortas titulus ind. Satis constat & res & personas quæ in triumphi pompa transvehementur, titulis eminentibus fuisse proditas, ut statim auctor loquitur.

⁵ Tunica galbina.] An ut ignaviæ symbolum præ se ferret, jussus est Tetricus galbinam tunicam dum triumpharetur gestare? Notum est qui dicantur galbini mores apud Masialem.

SALMASIUS.

⁴ Inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccinea.] In Palatino, chlamyde coccea. & ita v. ed. cocceum & coccinum, idem de quo supra diximus. unde apud Hieremiam in threnis, οἱ πθωσιδροὶ ἐπὶ κόκκῳ, vertit interpres vetus: qui mitriebantur in cocceis. ubi hodie perpetram vulgatur: in croceis.

⁵ Tunica galbina.] Tunicam galbinam Tetricum gestare jussum per triumphi diem, ad traducendam ejus ignaviam dubitanter heic scribit Casaubon.

licis ornatus, adjuncto sibi filio quem imperatorem in Gallia nuncupaverat. Incedebat etiam Zenobia, ornata gemmis, catenis aureis, quas alii sustentabant, præferebantur coronæ omnium civitatum aureæ titulis eminentibus proditæ. Jam populus ipse Rom. jam vexilla collegiorum atque castrorum, & cata-

phracta-

saubonus ὁ μάνιος. ego indubitante affirmem cogitasse nihil tale Aurelianum: sed eo cultu habituque fuisse Tetricum, cum in triumphum duceretur, quo solebat esse tum cum maxime imperatorem ageret. scimus enim & reges & imperatores, ornamenti & regiis & imperialibus ornatos fuisse cum triumphabantur, ut sic magis essent ostensui, & triumphi pompam efficerent, ut ita dicam, pompabiliorum. nec soli triumphantes, sed etiam triumphati in claris & pretiosis vestibus. hinc Tetrico coccina chlamys, & tunica galbina. hinc Zenobia gemmis ornata, vel onerata potius. nam vix eas poterat præ copia ferre. sed oīr galbina tunica trahitur in argumentum ignavia? an quia galbinos mores, ut molles & effeminate noravit Martialis? cur non eodem trahitur coccinea chlamys Tetrici? non minus enim notati mollitiae qui coccinas uestes gestarent, quam qui galbinas. idem ille Martialis:

*Amator ille tristium laceriarum,
Et bæticatus atque lencophæatus,
Qui coccinatos non putat viros esse,
Amethystinasque mulierum vocat uestes,
Nativa laudat. habeat & licet semper
Fuscos colores, galbanos habet mores.*

Videre ibi licet & coccinas & amethystinas uestes ab illo tristium laceriarum amatore reprehensas, tanquam parum viriles. in imperatoriis aliud est qui & coccinati & amethystinati, atque etiam galbinati absque nota ignavia & muliebritatis. nec enim mollior tunica galbina quam purpurea & aurata, qualem gestasse imperatores legimus. causæ au-

tem nihil habuit Aurelianus quae vellet ignavia notatum Tetricum, qui multa in imperio fortiter feliciterque gesserat, diuque imperaverat, volensque se dediderat, cum amplius militum insolentiam ferre se negaret posse.

Tunica galbina.] De galbino aut galbano colore jam dicere occupavit doctissimus Turnebus. addo colorrem galbineum, aureum fuisse, vel ad auri colorem proxime accessisse. sanguine galbineum, aureum colorem vocat Vegetius, lib. III. cap. II. Eryngia autem herba dicitur, que in littore nascitur prope undam maris. florem habet quasi aureum, vel galbineum: folia eius sunt quasi cardui sylvestris. Dioscoridi, χλωεὶς ἡ λαβύρινθος. sic galbineus color est qui Græcis χλωεὶς. sed ita, ut aurum est. nam Græci auri colorem χλωεὶς faciunt. sic ovi croceum, illud χλωεὶς vocant. de auro colore in uestibus sic Ovidius III. de arte amandi:

*Ecce tibi similis, qui quondam Phryxus
& Hellen*

Dicris Inois eripiisse dolis. manifesto galbineum hunc nostrum colorem designat qui auri similis est. nam auream illam pellem arietis fuisse, qui Phryxus & Hellen vexit, satis notum est. sed haec multis persequemur in libro de re uestiaria.

1 Jam vexilla collegiorum.] Eadem in Gallieno habet Trebellius: vexilla centena, præter ea quæ collegiorum erant, Dracones, & signatemporum, omniumque legionum ibant. vide quæ ibi notamus.

2 Et cataphractarii milites.] An & milites in pompa cataphractis erant munigi

phractarii milites, & opes regiae, & omnis exercitus,
 & senatus, et si aliquanto tristior quod senator
 triumphari videbat, multum pompæ addiderunt. De-
 nique vix nona hora in Capitolium pervenit, fero au-
 tem ad Palatium. Sequentibus diebus datæ sunt popu-
 lo voluptates ludorum scenicorum, ludorum circen-
 sium, venationum, gladiatorum, naumachiæ. Non 35
 præ-

muniti? triumphi die albatos eos
 fuisse, hoc est in alba tunica, locus
 apud Trebellium in Gallieno ostendit. præterea cur cataphractarios mi-
 lites appellat? certum quidem est ca-
 taphractas singulos habuisse milites,
 & galeas. non tamen cataphracti aut
 galearii sunt dicti, id nomen ha-
 sit cuidam equitum generi qui toti
 cataphractis erant coniecti. nusquam
 vero legere est cataphractarios pedi-
 tes, omnes enim pariter cataphractis
 induiti erant. an certum genus mili-
 tum cataphractariorum fuisse dice-
 mus? id videbatur suadere locus ex
 vita Claudi, qui sic habet: *huic ex re-
 gione Dardanica dabis milites ducentos, ex
 cataphractariis centum.* sed nos eum loco-
 rum de cataphractariis equitibus ac-
 cepimus: quibus rationibus moti
 poteris ibi videre. quidni igitur &
 hunc de illis equitibus accipimus?
 præsertim cum milites non tantum
 de peditibus sed etiam de equitibus
 dicantur. sic enim apud Symposium
 in ænigmatis miles equitem signifi-
 cat. ita lemma ænigmatis in libro ve-
 tustissimo qui penes me est, se ha-
 bet: *Miles potager.*

*Bellipotens olim sexvis metundus in armis
 Sex pedes habui, quos nunquam nemo ne-
 gavit.*

*Nunc mibi vix duo sunt. inopem me copia
 fecit.*

vulgo legitur: *Eques podagricus. potager
 ibi est podager, ut alibi diximus. & mi-
 litiam pro equite posuit. ut heic mili-
 tes cataphractarii, sunt equites cata-
 phractarii. ne de peditibus accipia-*

*mus, obstat quod sequitur: & omnis
 exercitus. nisi genus quoddam pedi-
 tum cataphractariorum in exercitu
 fuisse intelligamus, quod ab reliquis
 peditibus distinctum fuerit. sed est
 inauditum & incompetum illud pe-
 ditum genus. omnes enim ab omni
 tempore Romani milites cataphractis,
 vel loricis erant muniti: quod
 servatum est usque ad Gratiani tem-
 pora, sub quo intercidente disciplina
 militari, cataphractas & galeas mili-
 tes deposuerunt. de qua re videndum
 Vegetius.*

*1. Et opes regiae.] Non heic interpre-
 tabimur regias opes, de regibus cap-
 tas, ut animalia regia supra, & gemmas
 regias. sed imperatorias & Romani
 principis opes. sic domum regiam pro
 Palatio dixit Trebellius in Gallieno:
*sic confecto itinere, celebrariisque hecatom-
 bis, ad domum regiam rediit.**

*2. Et Senatus et si aliquanto tristior.] Etsi
 aliquantulo tristior. Palatinus. ægre fe-
 rebat Senatus triumphari Tetricum,
 qui Senator erat. hinc illæ pro Te-
 trico deprecationes ad Claudio,
 cum Senatus adclamaret, *Tetricum ni-
 bil fecisse.* in eam enim sententiam
 hac verba accipiebamus. & recte. ut
 hic quidem locus confirmat.*

GRUTERUS.

*3. Aliquantulo tristior.] Est à Pal.
 nam vulgg. aliquanto; quod eodem
 quidem recidit: sed redonandum
 auctori cuique suum, vel cum pul-
 visculo.*

prætermittendum videtur, ¹ quod & memoria tenet publica & fides historica frequentavit: Aurelianum eo tempore quo proficiscebatur ad bellum Orientale, libres coronas populo promisisse si victor rediret: & quum aureas populus speraret, neque Aurelianus aut posset aut vellet, ² coronas eum fecisse de panibus

qui

CASAUBONUS.

¹ Quod & memoria tenet publica, & fides historica frequentavit.] Frequentare etiam pro narrare posuerunt: initio libri, Ergo Theristen & nos bene scimus & posteri frequentabunt. Spartianus in Aelio Vero: Familla frequentantur a nonnullis, quod & accusationes ac mensas defosis ac Iliis fecerit.

² Coronas eum fecisse de panibus, q.] Panes varia figura fingebantur: isti corona speciem referebant. similes panes jam olim in quibusdam Romanis sacris. Laetantius libro primo, capite xxi. Hac de canfa Lampacenos affillum Priapo quasi in ultionem macclare consueisse: apud Romanos vero eundem Vestalibus sacris in honorem pudicitiae conservatæ panibus coronari.

SALMASIUS.

¹ Quod & memoria tenet publica, & fides historica frequentavit.] Cur displenuit, quod erat in prima editione? quod & populus memoria tenet, & fides historica frequentavit. nam sic etiam habet Palatinus liber: nec sane meliora sunt hæc vulgata, illis scriptis: immo scriptam lectionem, & olim editam, veriorem arbitror, atque adeo reponendam.

² Coronas eum fecisse de panibus, qui nunc filiginei vocantur. & singulis quibusque donatis.] Quando primum cœperit distribui populo Romano panis, loco frumenti, video dubitare doctissimos viros, quin immo errare, dum ejus moris originem reperunt à Trajano. sed mirum, si jam in imperio Trajani panis populo distribuebatur, neminem auctorum, tanto intervallo, sub tot imperatoribus, qui à Tra-

jano usque ad Aurelianum, ejus rei mentionem fecisse. contra meminere multi sub mediis illis imperatoribus tesserarum frumentatarum. Ulpianus, Paulus, alii Jurisconsulti, qui vixere Alexandri Severi temporibus, harum tesseratum mentionem habent. quo igitur tesseratas frumentarias, si tunc panis dabatur: an frumentum, & panes accipiebant? nemo sanus id dixerit, nec verisimile est, sub Severo frumentum adhuc expendebar. Spartianus in ejus vita: vieniens septem annorum canonem, ita ut cotidiana lxxv. millia modiorum expendi posse, reliquit. frumentum illud non potes aliter expensum interpretari, quam in specie ipsa. nondum igitur panis exhibebatur. nihil ad hac potest responderi; nec habent quo sententiam suam tueantur, qui ad Trajanum ejus rei originem & initium referunt. atqui Juvenalis atati Trajani compar, meminit panis populo distribuendi. sic enim de populo loquitur:

— Atque duas tantum res auxiliis optat,
Panem & Circenses.
ut atati Juvenalis controversiam non moveam, quam juste ad hanc rem movere possem, dicam eundem Juvenalem alio loco frumenti tesseratas meminisse.

Summula ne pereat quæ vallis tesseravant
Frumenti.
ergo certum est illo priore versu, panem poetice usurpare pro frumento ex quo fit panis. suaviter autem nugatur interpres vetus, qui summulum in hoc postremo Juvenalis versu sic exponit: ne annonam perdat. sumola medium significat gradilis panis. sumolan, vel summa.

simulam vocat, quam veteres *similam*. unde nos dicimus, *simile*. quod enim ejus arata panes vulgo distri- buerentur, putavit sic semper fuisse, & tesseram frumenti apud poëtam pro panaria tessera accepit. sic nihil juvat Juvenalis sentientes Trajani æ- tate hanc panariam distributionem fuisse institutam. sed nec Aurelius Victor, qui scribit, *Trajanum mire an- nona præpetna consuliisse reperto firmato- que pistorum collegio*. hæc verba Victoris non auctorem faciunt Trajanum an- nona populo dividendæ, non in fru- mento, ut prius, sed in pane cocto. cuius rei auctorem fuisse primum Aurelianum docemus ex hoc loco. quæ enim alia mens horum verbo- rum: coronas cum fecisse de panibus qui nunc *filiginei* dicuntur, & singulis quibusque donasse: ita ut *filigineum* suum quotidie tota ævo suo, & unusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret. ad tam clara verba, tam aperta miror non apertos ha- buisse oculos doctissimum virum, qui persuadere nobis tentabat pri- mum Trajanum panes populo distri- buisse pro frumento. sequitur apud Vopiscum: nam idem Aurelianus & porcinam carnem pop. Romano distribuit, que hodieque diciditur. Primus igitur Aurelianus, ut porcinam, sic panem quoque populo distribuit, & confir- mat Zosimus his verbis: ἐπὶ τέτοις καὶ ἀρταῖς δαρεῖς τὸ παρεῖναι εἰπεῖνος δῆμοι. bilibres primum fuisse factos panes, qui populo distribuebantur, ex hoc loco discimus. sic viginti quat- tuor uncias panis quotidie accipie- bant singuli populares. addidit postea unciam idem Aurelianus, & vi- gintiquinque unciatum panis est fa- tus. addidere vero etiam sequentes principes, & usque ad triginta sex un- cias panium pondus processit. & plu- res panes minores dari coeperunt. ita ut sex panes quotidie darentur sin- gulis populibus, quorum quisque sex uncias pendebat. & sic in sex pa- nibus triginta sex uncias accipiebat populus Romanus sub Theodosio, cum viginti quinque tantum unciz

in uno pane sub Aureliano præbe- rentur. lex Valentiniani, Cod. Theod. de annonis civicis & pan. grad. *Civis Romanus* qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Sardinenses, quinqua- ginta uncias comparabat, triginta & sex uncias in buccellis sex mundis sine preio conseqnatur. sic enim illa lex emenda- da, panes igitur tunc sex unciarum fiebant. ad formam panis quod atti- net, sub Aureliano, qui primus au- tor præbendorum panium fuit, in modum corona fuisse docemur hoc Vopisci loco. an postea mutarit, quemadmodum mutavit in pondere, non bene scio. videtur tamen non mutasse. Constantinus σὺν θεο- ταρ. βικενδιάστης Γαραῖαν Διγλεντον ὁ Φύλαξ Εὐρώπης καλέτης. αὐτεῖναι τρανίτατες ἐλαφρὲς οὐ μέ- πεις τοῖς τὸ πόλεμον. βικενδιάστης γὰρ τὸ κεκτηθεσθες φωμὸν καλέτης. buccella, inquit, panis dicitur in mo- dum circuli factus. hoc non aliud est, quam in modum coronae. buc- cellas vocasse illos civiles panes testi- monio est lex illa, quam supra addu- ximus. Græci recentiores ψωμίς appellarunt. Chronicon Alexandrin. ὁ Ἰωάννης οὐ πειλατεῖσιν Αλέξαν- δρῳ περισσεφάνησε λέγων, ὅτι δὲπὶ ἄρι- τος ἐμὸς ἔχει τοιοῦτον φωμίαν, η̄ ἐπίζων τὸν πάχη ποιῶ διόρθωσιν εἰς αὐτό. ubi nuperus editor & interpres, nobis illudit dum vertit: ab hoc tem- pore sportulas à me accipietis. paulo post: οὐδὲ λεχθεῖσι Ιωάννης γι Φολέαν πι- περιποιηθόν τὸ φωμίς αὐτὸς οὐ φολέ- αν αὐτὸν οὐδελύθη. φωμὸν est pa- nis, vel buccella. & hoc erat de quo populus querebatur, & turbas excita- bat aduersus hunc Joannem. is enim panem qui tribus follibus præstina- batur, ut octo follibus præberetur, fecerat. hinc illæ lacrymæ. Glossæ: Buccella, φωμὴ, Buccilla, Βαρμός. Buc- cellum etiam dicebant. Glossæ: φω- μὸν, buccellum, atque inde buccellatum. nam buccellum & buccellatum idem. ut caucus, caucatus, laterum, lateratum. Glossæ: οὐδειον, lateratum, ocellus, o- cella.

500 FLAVII VOPISCI SYRACUSII

cellatus. sic druppa, druppata. & alia eiusmodi, de quibus nos alibi. Præterea sciendum est panem qui illo tempore coquebatur, fere intra sex uncias stetisse. buccellæ enim quæ populo dividebantur, non plus pendebant. panis militaris, hoc est buccellatum ejusdem ponderis erat. paxamates quoque panes habebant idem pondus. nam duo paxamata librae pondus habuisse scribit Cassianus collar. II. c. xix. & hac iniqua mensura ventres suos castigabant olim monachi. verba Cassiani si quis requirat, hæc sunt: præfuerunt cum eis illis refactionem siccii panis, cuius aequalissimum modum in duobus paxamatiis statuerunt, quos parvulos panes vix unius librae pondus habere certissimum est. sic paxamas, & buccella idem erat: de origine, de figura, de pondere panium civiliū diximus: restat ut dicamus de nomine, quare gradiles vocarentur. in ea voce exponenda, errarunt doctissimi hujs tempestatis viri, & nemo, quod sciam, veram adhuc ejus appellationis rationem est assecutus. quod de gradibus & in gradibus distribuerentur, sic vocatos esse audias vulgo jactari. & verum hoc quidem est. sed ubi gradus illi? quidam in singulis regionibus urbis gradus erectos fuisse, ubi hæc divisio. alii ad pistrina, quæ in singulis regionibus erant, gradus illos ponunt. sed quis erexit? quis posuit? ad quam rem vero erecti? non enim ab omni aëvo Romæ hæc panis distributio celebrata est. cui rei igitur serviebant prius? sed quam multis oportet gradus fuisse, aut quam capacem locum, in quo erecti, tenenda tantæ multitudini, quæ quotidie ad panes accipiendo conveniebat, nemini enim panis de officina pistoris præbebatur: sed omnes in gradibus illis accipiebant. in iisdem plane gradibus, quibus olim congiaria populo dabantur, æra dividebantur, & missilia omne genus spargebantur, & tesserae mittebantur: in iis ipsis gradibus, panes etiam erogabantur. hæc autem fieri moris erat in amphitheatri gradibus, ut omnes

sciunt. de quibus gradibus accipienda vetus inscriptio.

COLLEGIO. DENDROPHOR.

ROMANOR. QVIBVS. EX

S. C. COIRE. LICET. ARGEN-

TIP. X. ET. HS. X. MILIA. N.

REDDEDIT

QVÆ. DIVISA. SVNT. POPVL. PER

GRADVS

KAL. AVG. N. COLLEGI.

per gradus amphitheatri intellige, vel theatri, in quibus omnes divisiones & *tribo*is populo siebant. Martialis:

Cum data sint equis bis quinam nomisma-
ta, quare

Bis decies solus Sextiliane bibis?
ubi data illa nomismata alio epigrammate in eundem Sextilianum ostendit.

Nec concessorum vicina nomismata lan-
tum,

Era sed à cunctis ulteriora rapis.

non contentus enim hic eques numeros in suo gradu recipere, ex gradibus raptum ibat. hinc illæ locutiones, de gradibus, in gradibus, & gradibus panem distribuere, pro hominibus qui sunt in gradibus. leg. III. Cod. Theod. de ammonis civicis, & pane gradili: hoc curabit officium sinceritatis sue, ut quæcumque illa sunt quæ diurna pistores alimentis popularibus præbent, omniate gradibus distribuant, non ex officinarum conductoribus promant. Sic gradilis erogare leg. V. tit. eod. popularibus enim, quibus non est aliunde solarium, quibus idem panis hodieque distribuitur, & eorum successoribus clementia nostra deputabit, in quo nunc emititur loco, propriis gradibus erogandum, quæ verba in primis velim notari: propriis gradibus erogandum, id est popularium gradibus. unica voce popularia vocabantur. & distincti erant gradus popularium, & militarium, equestrium & senatorum. Suetonius: militem secrevit à populo. maritis propriis ordines assignavit. hinc capienda lex II. Cod. Theod. titulo quo supra, qua veratur panis gradilis in alium gradum fieri translationem: & cognoscat officium PE, annona severissima sibi immi-

nre

Siligo, white wheat

DIVUS AURELIANUS. 501

* qui nunc filiginei vocantur, & singulis quibusque do-
nasce:

nere supplicia si ulterius translationem per gradus permisit commutari. vetat, inquam, lex illa, ne quis militaris in popularium gradibus panem accipiat, aut contra, & sic graduum permutationes fiant. quod alia lege sic expressit, eod. tit. *si quidem justum est,* ut in perpetuum suum quisque derineat, & per succedaneas vices proprius ordo teneat, ut Palatinus Palatini, miles vero militaris, populari annona popularis exposcat: nec alterum alterius sibi expetens, diversorum ordinum valeat miscere rationem, quæ omnes leges lucem accipiunt ex hac nostra observatione, cum antea obscuræ essent, & vix cuiquam intellectæ. minime tamen dissimulandum est, cum ex Constantini instituto, annona civica populo in urbe Constantinopolitana itidem, ut Romæ erogarentur, erogationem eam non in circu aut amphitheatri gradibus, sed in foro fieri solitam. ibi enim populus per gradus distinctus, & per turmas divisus, cum in suo quisque loco & gradu adstaret, panes illos civiles, qui de publico dabantur, accipiebat. in eodem quoque loco, hoc est in fori gradibus, sparsiones Consulum, quas *ταυτελας* vocabant, fieri consueverant, ut sequenti animadversione docebimus. Romæ etiam in foro, non solum in theatro, aut amphitheatro sparsiones ejusmodi, & miseria in populum ab imperatoribus & consulibus jaciebantur. Josephus originum lib. xix. cap. i. *καὶ ὑπὲρ τὸ βασιλικὸν ιστίῳ πορνοῦ, καὶ δύμων γενοῖς καὶ δρυμεῖς καθηματαῖς Διαφόροι πλέονται ὀστεοῦ καὶ κεφαλῆς παρτοῦ. υψηλὸν δὲ εἰς τὸ σενόντος εἰς τὸν αὐτοῦ φέρουν.* in foro igitur Romano, ut & in Constantinopolitano, puto gradus illos fuisse constitutos & erectos, de quibus populo panes erogabantur, qui inde dicitur gradiles. ut hanc sententiam amplectar, moveor non parum verbis legis v. Cod. Theod. de annonis civicis, quæ ita habent: *popularibus enim quibus*

non est aliunde solatum, quibus idem panis hodieque distribuitur, & eorum successori bus clementia nostra deputavit, in quo nunc emititur loco propriis gradibus erogandum. ubi autem panis emebatur, nisi in foro: in eodem igitur loco & panis emebatur, & populo gratuitus expendebar, ibi etiam per gradus populus erat divisus cum panes accipiebat.

Corippus:

Disposuere gradus quis staret in ordine longo

Divisum in turmas atque in sua corpora vulgus.

haud secus atque in amphitheatro unusquisque popularium in suo gradu ac loco stabat, ne quid confusione esset. hinc capienda verba legis supradictæ: *propriis gradibus erogandum:* & legis secundæ eod. tit. quæ translatio nem per gradus vetat commutari. sic etiam interpretor versum Prudentii de his panibus gradilibus:

*Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
Sustinet, aut quæ Janiculo mola nota
quiescit.*

singularum enim urbis regionum populares sua loca ibi adsignata habebant & gradus suos distinctos. & hoc est quod ait, nullius regionis gradus in foro vacuos fuisse, sed omnes scilicet repletos. quo significat omnibus panes erogatos esse. at vulgo accipiunt in singulis urbis regionibus gradus erectos fuisse, in quibus & de quibus illa divisio & erogatio panis gradilis fiebat. quos falli puto. vide sequentem animadversionem.

i. *Qui nunc filiginei vocantur.] Mundas bucellas vocat lex IIII. Cod. Theod. de annoniis civicis & pan. grad. hoc est filigineas. nam mundus panis est filigineus. cui opponitur sordidus & secundarius.*

CASAUBONUS.

i. *Qui nunc filiginei vocantur.] Inter panes Romæ laudatos filigineus fuit. Vetus Horatii interpres panem secun-*

dum interpretatur, non filigineum, non primum, non postremum, sed dispensatorium. Fuit Romæ pistorum corpus in hoc pane confiendo occupatorum, qui filiginarii dicebantur. Lapis Romæ: ANNONÆ. SANCTÆ. AELIVS. VITALIO. MENSOR. PERPETVVS. CORPUS. PISTORVM. SILIGINARIORVM.

² Quotidie toto ævo suo. Ius dixit pro illius, nempe Aurelianii, hoc etiam in superioribus notare meminimus non semel.

SALMASIUS.

I Ita ut filigineum suum quotidie toto ævo suo unusquisque reciperet.] Διαιωνίζοντες ἄρτους ejusmodi vocabant, quos unusquisque toto ævo suo percipiebat, & posteris suis transmittenbat. Chronicon Alexandrinum de Artabano quodam qui panes civiles popularibus suis, Antiochenis civibus distribui instituerat, & ad eam rem certos reditus ex fundis suis constituerat: επὶ τῷ αὐθεντικῷ πάταν κτήτῳ τὸν εἰς Αἴγαλον τῇ μεταλλίᾳ στόμαχον Αρτεῖσαν φιλοτίκειας ἐρέψαν εἰς τὴν καλεμβρήν Δάφνη τοῖς δῆμοις καλάμια σωτείαι πελλαὶ ἄρτουν Διαιωνίζονταν, καὶ σκελούσσει τοὺς ἄρτους πολιτικάς Διγε τὸ τῇ ιδίᾳ πόλι ταταρεστοῦντος καὶ οὐφελεστοῦντος εἰς τὴν καλαμβρήν Δάφνη τοῖς δῆμοις καλάμια σωτείαι. & paulo post: καὶ σκαλεστον αὐτὸς ἄρτους πολιτικάς. σωτείαι autem καλάμιαι sunt tesserae ligneæ, ut enim illis qui frumentum gratum accipiebant, tesserae dabantur, qua inde dictæ frumentariae: sic postquam panes dari cœperunt, frumenti vice, tesserae etiam sunt datae, vel missæ. καλάμιαι σωτείαι vocat, quos καλάμιες appellat Codinus in eadem re. loquitur

enim de Constantino magno qui popularibus urbis à se conditæ, panes de publico distribui, primus sanxit: ἐφιλοτερηνούριον δὲ καὶ τῷ δῆμῳ καθ' ἑκατον τέτρα, παρίχων ἄρτους ἡμερούς, διομήσους αὐτὸς πολιτικάς, τοὺς εἰς παλατίς χρυσούμενάς, οὐνόν την κρέας καὶ ἔλαιον καὶ στηρέσια πελάς. ὁ δὲ ναὶ η πόλις διπλασιός, τὸν τοῦτο φέρεται πελάσιον φέρεται τὰ γνωστούμενα. apud doctum interpretem nullum civilium panum vestigium: vulgo enim legitur, παρίχων αὐτὸς ἡμερούς. quod perpusillum mendum, haud animadversum, mirifice distortam versionem illi extortis. καλάμιαι igitur vel καλάμια σωτείαι sunt tesserae. ζυλίφιον Polybio dicuntur. nam καλάμια & ζυλίφιον idem. σωτείαι etiam dicebantur. optimæ Glossæ: Tessera, κύρος, σωτείμων, σύμβολον. item: Tessera, Σύμβολον, σωτείαι. σύμβολα, σύντομα. Καλάμιαι, χειρογόνοις. alia glossæ: σωτείαι, tessera. sic χειρογόνοις, καλάμια, ζυλίφιον pro tessera, brevis nempe festuca vel surculus. unde & καρφία tesseras, etiam dicebant. nam καρφία vel καρφίον est festuca: quod essent longiores quam latiores. alii tamen σφειδελα eas dixerunt: quidam quadras. in optimo meo glossario, tessera, quadra exponitur. sed κύρον manifeste intelligit. notandum quod in optimis Glossis, tessera quod est singulare, vocibus pluralitatis etiam explicatur. sic enim, tessera, σύμβολα, σωτείαι inter alia ponitur. quare sciendum est, tessera, pro tessera etiam veteres dixisse. quod confirmant magis alia Glossæ in quibus legitur, σωτείαι, hæc tessera singulariter non dicitur. intelligit enim de his tesseras quæ spargebantur. quas Græcis σωτείαι & σωτείαι diximus appellari. harum tesseralium loco jussere Valentia-

tinianus & Valens impp. ut titulus *ἄνευ* in gradibus figeretur, in quem & panis modus, & nomen percipientis incidi debebat. Vide leg. v. Cod. Theod. de annonis civicis, & pan. grad. *κηλάμυς*, ut dixi & *κηλάμια* vocant tesseras panarias. nec enim aliter panis ille gradilis & civicus distribuebatur, quam per tesseras. acceptis tesseras ad forum ibant populares, & ibi iisdem ostensis, panem quisque suum accipiebat. quod & olim fiebat cum frumentum de publico civibus dabatur, non panis coctus. hinc *κηλάμηφορεῖν* apud Themistium de his qui tesseras suas & *κηλάμυς* ad forum portabant ut panes acciperent ibidem de gradibus erogandos. locus est apud eum in oratione iv. quem doctissimi viri corruptum putarunt, quia scilicet non intellexerunt. δαπανῶ μὲν γδ πυρᾶς βασιλίκως ἐκ τῆς σιθυλακίων τῆς δημόσιαν. καὶ εἰ τέττα ομητίον τὸ σοφιστῶν εἶναι, πάντες δὲ εἴητε σοφιστούς μέρον ψεύτες οἱ σύντάξεις συγκαθημένοι, αὐτοὶ δὲ οἱ οὐδερρήραφοι. Οἱ βαλανεῖς καὶ οἱ σκυτάλαι, καὶ πάντες οὗτοι κηλάμηφορεῖται ὄρθετοι ἐπὶ τὰς ἑργίας. loquitur de omnibus qui annonas civicas percipiebant, & mane ad ἑργάς veniebant, & tesseras suas afferebant panem accepturi. nec enim aliter accipiebant, aut panem aut vinum aut oleum de publico, quibus ea percipiendi jus erat, quam allatis tesseras & prolatis quasi signis & symbolis quibusdam. Suidas: Παλατῖνοι εἶδον ἀρταῖν, τοις ἐφιλοῦμένοι τῷ δημοσίῳ Καντακύῳ ὁ μέχας, καὶ δὲ νηπάτοις χρόνον. Επιτις ὀνομάζουσι αὐτοὺς, οἵα εἰς τὸ παλατίνον χορηγούμενοις. απερθήκε δὲ τέττας καὶ πρέα καὶ οίνον, καὶ ἔλαιον. ὃν μέχει τίνος ἡ πόλις ἀπήλαυσε τῇ ὑπὲρ αὐτῶν φέρεται τῷ γνωστού. deest vox apud Suidam in his postremis verbis, quam ex Codino restituo, & lego: τῇ ὑπὲρ αὐτῶν φέρεται τῷ γνωστού. hinc intelligi potest quid sit apud Themistium, *κηλάμηφορεῖν*. notandum præterea apud Suidam scribi, ὃν μέχει τίνος ἡ πόλις ἀπήλαυσε, apud Codinum vero, ὃν μέχει τοῦ ἡ πόλις δημοτῶν. Temporibus igitur Codini aut illius scriptoris unde Codinus accepit, & panes & vinum & oleum, & caro porcina, gratuita populo erogabantur adhuc. at Suidæ avo, ut videtur, haud amplius. & sane sub Heraclio imperatore sublatam hanc civicarum annonarum erogationem reperio. nam fasti Siculi referunt octavo imperii illius Augusti anno civibus Constantinopolitanis impositum tributum sive capitationem panum civicorum nomine, ut pro singulis scilicet panibus quos percipiebant de publico tres nummulos dependerent. quod tributum cum solvissent, eodem illo ipso anno mense Augusto, ejusmodi omnis annonarum civicarum distributio omnino sublata est. locus est illustris, sed levicula menda obscuratus, & ab interprete pessime acceptus. sic igitur habet: τέττα τῷ ἑτδ ἀπητήθη οἱ κτήτορες τῷ πολιτικῷ ἀρταῖν Διῃρεῖται καθ' ἑκατὸν ἀρταῖν νομίσματα τεία. καὶ μὲν τὸ τῷ Διῃρεῖται πάντας σύμβατον τῷ Αὐγύστῳ μηνὶ αὐτῆς τὸν ἴδικην τῷ αὐγούσθη ἡ χρηστία τῷ αὐτῷ πολιτικῷ ἀρταῖν. pro Διῃρεῖται legendum unica voce, Διῃρεῖται. Διῃρεῖται est capitatio vel tributum. unde Διῃρεῖται Οἱ Hesychio ὁ τῷ δημόσιᾳ απαιτῶν. diagrapha etiam Latini recentiores dixerunt. ποτεία νομίσματα legendum τεία νομίσματα. νομίσμα Græcis est solidus aureus. multa authorum loca similiiter corrupta alibi emendamus. Hesychius in voce κηδράντης. ὃ ἐστι κηδράντης νομίσματα τεία. lege: νομίσμα τεία. sic enim idem alibi recte in voce αἰστάντον τοι ἐστι δύο λεπτοὶ κηδράντης εἰς, πλὴν νομίσμα τεία. de nummulis illis, qui tres in quadrante, nos alibi. κτήτορες πολιτικῶν ἀρταῖν inepte & insulse interpres praefectos paucum civilium seu sportularum vertit. κτήτορες sunt possessores, &

urbis Constantinopolitanae cives.
οἰκύτοχος τὸν πόλεων eos vocat Themistius orat. iv. Μηδία τῶν τε οὐρανῶν τε τῶν χρείων μοι ἀναγκαῖον εἶχε, καὶ οἱ σιποδοτεῖ βασιλεὺς τὰς οἰκύτοχος τὸν πόλεων, τὰς εργάτων, δολαρίων καὶ αὐτὸς, αἱ ἄνδρες τὸν μέρον. idem chronicon paulo post κλήτορες διέταξε κλητορά distinguit: ὅνται τοι βασιλέως Ηρακλείου εἰς τὴν Θράκην μέρη μὲν θερμὸν δρόσονταν καὶ θερμὸν καὶ θερμὸν καὶ κλητοράν, αἷλα καὶ ἐργασίες καὶ. ubi perperam idem interpres κλήτορες praefectos reddit, eodem errore quo supra κλήτορες simpliciter sunt possessores. nemo hoc nesciat nisi lingua Graeca penitus ignarus. aut igitur junctim κλήτορες ὡρταν πολιτικῶν dici possunt possessores panum civicorum, qui commodis fruebantur ejusmodi annonarum civicarum, aut simpliciter κλήτορες accipiendi qui domos in urbe Constantinopolitana proprias habebant & possebant. iis enim solis emolumenta illa civica deputaverat Constantinus qui domos in urbe haberent. L. xii.

Cod. Th. de annonis civicis: si quae speciam annona domus in hac urbe habentibus dicas memoria Constantini, vel Constantini largitates concessae sunt, atque in bæredes proprios jure successionis, vel in extraneos renditionis titulo transferunt, erogatione solita ministrantur. & leg. xiii. eod. tit. eos quos in hac urbe domos non habere conoveris, annonis novis quilibet titulo acceptis privari tua magnitudo precipit. vide & legem xi. ejusdem tituli. Nunc supereft ut explicemus quænam illæ sint ἑργίναι apud Themistium, & ubi fuerint, ad quas cum tesseris suis itare solebant, quibus ejusmodi panes πολιτικοὶ erogabantur, ac de publico ministrabantur, ἑργάνη, vel ὑργάνη est septum, vel tabulatum. ὑργάνη Hesychius, δεσμωτήρεον, εἰρητίῳ, κριμάθερον, συργάνη, φρεσίμην interpretatur. Eustathius, ἑργάνης, φρεσίμης exponit ex Alio Dionysio, nisi fallor. Sciendum

autem est in medio Constantinopolitano foro quod γερεῖον, vel Αὐγύστεῖον & Αὐγύστεῖαν vocabant, septa de lignis fuisse constructa, & in his gradus dispositos, haud secus atque in theatro & amphitheatro, in quibus populus per ordines divisus stebat ut exciperet missilia quæ à principibus & consulibus spargebantur: nummos scilicet aureos, argenteos, æreos, & tesseras quoque panarias, nam & tesseras quoque jaciebant. Codinus & Suidas: τὸν αὐτὸν φέρεται γερεῖον. sic olim cum frumentum non panis coctus populo expenderetur, inter missilia frumentaria quoque tesserae jactæ. Suetonius in Nerone: Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia, avium cuiusque generis multiplex pennis: tesserae frumentariae, vestis, aurum, argentum, &c. De tabulatis autem illis & septis in foro structis luculenter Corippus lib. iiiii. de Consulatu Justiniani junioris:

Omnia roboribus sternunt loca plana politis,

Coniungunt tabulas, & ferri nexibus artant,

Quæ pondus strepitusque virum, motusque facientis

Ferre queant populi. cunctorum terga locorum,

Alternumque latus conclusit seculile ligam,

Undique munimen, decus, & tutamina præbens.

his versibus ἑργίναι Themistii plane designat. sequitur apud eundem:

Dissoluere gradus, quis staret in ordine longo

Divisum in turmas atque in sua corpora indulgus,

Posset & exertas ad mūverat tendere palmas,

Liberius spectare oculis, manibusque fare vere,

Et donis aptare finis, quæ plurima consul In plebes missurus erat, palmasque capaces

Tende-

& unusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret.

Nam

Tendere, quod veniens late plicat aureus imber.

idem tabulata paulo post vocat, id est epigonus:

Exornantque locos & festa fronde coronant

Partes quisque suas: fixis tabulata virebant

Palmarum ramis, & amica pacis olivæ. in illis septis & epigonus locum quisque suum obtinebat à præfecto urbis sibi adsignatum. idem Corippus initio libri iv.

Iam vicina dies spectandi consulis omnes Urgebat turmas arcus statione replere, Et loca quæ populis præfectus deputat urbis.

arcus ibidem vocantur, ut & paulo post:

Roboribus flexis teretes curvaverat arcus Artificum prædicta manus, trabibusque cœratis

Adfigens tabulas pendentes struxerat ædes.

pendentes ædes, illos arcus appellat, in quibus popularium unusquisque secundum ordinem & gradum suum dispositus ac distinctus stebat. paulo post:

Tunc interclusos nulli transire sub arcus Concessum est, cunctis medio via lata patere.

in medio foro structi illi arcus, & epigonus. idem:

Tunc partes munire suas, spatiumque parare

Accelerant: medioque fori, qua divite dextra

Egrediens princeps sacra trabeatus ab aula,

Divitias vulgo solemini munere donans More nivis sparsurus erat.

in foro enim spartiones consulum, quas tauricas vocabant, fieri consueverant, & in populum missilia jacebantur e fori gradibus. Codinus de off. aulæ Constant. pītēs ēiēs ἡ λαὸν ἡ λεγέται ἐπινομίαι εἰσὶ τοῦ θρ. τηνῆσθαι ἐν πανταῖς κόποῖς, ἢ

ἐν ἐνέσθω τηνῆσθαι νομομάζεται κευστερεῖα, δέρμα δὲ ποτικὴ τεῖα ἐξ ὀδολῶν, τελεδίουσις μίτις. Καὶ εἰς τὸ ταῦθι θρ. μίτις δὲ τύχεις δοτεσμένος δοτεμένη χλιδῶν ὅσον ἀν τεσσαράκοι βασιλεύς. εἰθεμένος δὲ ἐπιρρίπτειν τὰ ποιῶντα ἐπινομίαιαν τοῖς αφεωλοῖς ἢ τὸ μεταλληνός εκκλησίας ναῷ, ἥγεντον τῷ εἴρηται Αὐγυστεῖον, ιστεμένη τῷ μίτινθρ. ἐπίνα τῷ τῷ Αὐγυστεῖον βασιλεὺς. en Αὐγυστεῖον βαθμίδες. Augisteonis gradus. ita enim vocabatur forum urbis Constantinopolitana, è quibus missilia in plebem spargebantur, in suis illis arcibus & septis stanti, & per gradus & ordines divisa: ab illis igitur ipsis gradibus, populo in iisdem septis stanti dividebantur quotidie in urbe Constantinopolitana annonæ civicæ. & illa ipsa sunt septa, quæ epigonus Themistio vocantur, ad quas quotidie mane ventitabat plebes ηλαμπορθωτε, hoc est calamos, vel tesseras ferens, ut panes acciperet. hos panes Graci παλαῖναι ἀρτες & πολιτικοὶ vocant: Latini annona civica ad verbum enim annona civica sunt ἀρτες πολιτικοὶ. hinc titulus Cod. Theod. de annona civica. οἱ πολιτικοὶ ἀρτες. leg. viii. eod. tit. annona civica in urbe Constantinopolitana scholæ scutariorum & scutariorum clibanariorum diri Constantini adscruntur liberalitate meruisse. ita legendum in illa lege, non liberalitatem. toto illo titulo annona civice vocantur panes qui plebi Constantinopolitana distribuebantur, & annona publica. annone numero multitudinis sunt panes, ut in superioribus notavimus. hinc annona mundæ, παθεροὶ ἀρτες apud Spartianum in Alexandro. & annona civica, vel publica, ἀρτες πολιτικοὶ. haud me pœnitet, quod egregium Themistii locum in quo aqua hærebat etiam doctissimis, explicavi, & rem hactenus obscuram illustravi.

¹ Nam idem Aurelianus & porcinam carnem populo Rom. distribuit, quæ hodieque dividitur: leges plurimas sanxit, & quidem salutares: sacerdotia composuit, ² templum Solis fundavit, ³ & pontifices robavit.

CASAUBONUS.

¹ Nam idem Aurelianus & porcinam carnem pop. Ro. distribuit.] Tò nam locum nullum habet: & vel delendum, vel scribendum, Jam idem A. aut superioribus connectendum aliqua alia mutatione. Porcinam autem populo gratis fuisse distributam ab Aureliano significant, & Victores ambo, sed obscure: ait enim vulgaris Victor: Porcina carnis usum populo instituit. at ille Schotti sic: simulque usus porcinae carnis, quo plebi Romana affatim cederet, prudenter munificeque prospectavit. Fuit tum institutus prefectus dividenda porcina, cuius meminit Zosimus libro secundo: Λαζιανὸς ἡ χορεία κρέως τοῦ γραπτῆς, δὲ τὸ δημόσιον ἐπεδίδε τοῦ πρωταιων δίησε.

GRUTERUS.

² Templum solis fundavit, & pontifices robav. i. [Bene Scaliger noster, & porticus roboravit. addatur c. 48.

SALMASIUS.

² Templum Solis fundavit.] Zosimus: εἰ τότε καὶ Ἡλίας δευτέρῳ οἰεῖσθαι μεταλοπέσπις τοῖς δύο Παλμύρας σκότωματα αναβάνεις, Ήλίας τε καὶ Βήλος καθειρότας ἀγάλημα. videtur istis verbis sentire Zosimus, Aurelianum non solum donariis ex templo Palmyrenorum ablatis, templum quod Roma Soli aedificavit, ornavisse, sed inde etiam simulacra Solis & Beli translata in hoc templo collecasse. quod fide Zosimi, hoc est mala, relatum appetet. nam qui Aureliani epistolam, quam ante posuit Vopiscus, legerit, reperiet injussu Aureliani atque ipso inscio templum illud Palmyrenorum à quibusdam

militibus fuisse direptum, & mox ab eodem Aureliano in eamdem formam qua fuerat prius, restituti iussum. sed mendum in verbis Zosimi latere nondum quisquam animadvertisit. atqui legendum esse constat: Ηλίας, Φέγγος, καθειρότας ἀγάλημα, varia forma diversæ gentes solem coluere. Aurelianus Emissæ cum esset, eam formam numinis illic reperit, quam sibi faventem in præliis viderat. itaque templa ibi posuit, & Romæ postea templum magnificissimum Soli aedificavit. qua forma solem coluerint Emissæ, supra nobis dictum, sub ingentis enim faxi effigie cum colebant, atque inde Elagabalus dicebatur, hoc est Deus mons, vel Deus montis. at Palmyreni, eti illi quoque haud minore cultu solem prosequerentur quam Emissæ, diverso tamen eum habitu pingebant, fingebantque. qua figura autem eum pinxerint, videre est in antiqua inscriptione Graeca, ab homine Palmyreno posita, cuius mentionem fecimus supra. in illa inscriptione duo Palmyrenorum tutelaria numina nominantur, Malachbelus & Aglibolus: quorum alterum si quis Belum, alterum vero Solem fuisse accipiat, tum vera fuerit vulgata Zosimi scriptura, quæ Ηλίας τε καὶ Βήλος haberet, & duo facit diversos deos Solem & Belum, quorum simulacula in templo Solis apud Palmyrenos visebantur, & quæ direpta inde ab Aureliano & in templum Solis Romæ ab ipso constitutum translata tradit Zosimus: quod non vane posset aliquis fortassean suspicari. Belum tamen omnes cum Sole faciunt eumdem. Seryius loco jam à nobis in superioribus citato, ad illud,

— Quem

— Quem Belus & omnes.

Primus rex Assyriorum, ut supra dictum, quos constat Saturnum, quem eundem & solem dicunt, Junonemque coluisse. quæ numina etiam apud Afros postea culta sunt. unde & lingua Punica Bel Deus dicitur. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione, & Saturnus & Sol. Belum Persis cultum fuisse notissimum est. & templum illi in arce Babylo- nis Persarum metropolis à Semiramide extactum. Dionysius Afer:

*Αὐτῷ ἐπ' αὐροπόληι μέγαν δέργε
εἶσετε Βῆλος,*

*Χρυσᾶ τ' ἱδίλλια εἰλέφαντα καὶ δέρματα
ασκοῖσθαι.*

legḡ Βῆλος Διὸς vocat Herodotus. corrigendus in transitu Avienus apud quem bellum pro Beli legitur in versione. ipse etiam castigandus, qui δέργα non pro templo, sed pro aula regis Beli accepit. sic enim habet:

— Stat maxima Beli

Aula quoque argento. domus Indo dente nitescit.

Aurum tecta operit. sola late contegit au- rum.

in quo manifestarie falsus est, ut aliis locis sexcentis, ut alibi ostendemus. sic belli pro Beli editum perperam apud cultissimum auctorem Curtiam. nam ex duobus simulacris argenteis, quæ ex jugo currus Darii eminebant, dicitur alterum gessisse, effigiem belli. ubi scribendum Beli. Belum igitur alii Saturnum, alii Jovem, alii solem esse interpretabantur. unde Spartianus, Elagabalum Deam Emissorum, modo Jovem, modo solem appellat: in quo postea, inquit, Heliogabali Antoninus sibi, vel Jovi Syrio, vel Soli, nam incertum id est, templum fecit. idem in Heliogabalo: sicut autem Heliogabali, vel Jovis, vel solis sacerdos. Belus igitur & Elagabalus & Sol idem Deus. Μαλάχ- ένα & quoque in veteri inscriptione, hoc est Rex Belus, Palmyrenorum lingua, idem cum sole. Reste igitur Zosimus, Ηλίς οὐδὲ Βῆλος. at Αγλίσωλος qui in eadem inscrip- tione memoratur, & cum Μαλά-

χένλω jungitur, luna fortasse, vel lonus Deus fuerit. nam & lunæ cornua in humeris habet expressa. Si quis tamen cum Scaligero Ηλίς τε οὐδὲ Βῆλος apud Zosimum retineat, & de binis illis Palmyrenorum πατερόις Diis accipiat quorum in supradicta inscriptione mentio, non contra pugnabo.

3. Et Pontifices roboravit.] Quænam ista roboratio Pontificum? roborata tamen hæc lectio, & firmata veterum omnium librorum auctoritate & consensu. Scaligero τοῦ πατέρου placebat legi: & porticibus roboravit. templis enim addebant porticus. & de porticibus templi Solis loquitur infra Vopiscus. sed quæro quid roboris addant templis porticus? ad ornamentum & magnificentiam faciunt plurimum, ad robur nihil. obstat etiam, ut dixi, librorum consensus, qui Pontifices retinent. nec dubium est quin de Pontificibus Solis loquatur. sed quo sensu roboraverit illos Aurelianus quæramus. puto salariis, privilegiis, & redditibus optimis annuis eos ditasse & munivisse. atque id indubitate verum est. sequitur enim: *decrevit etiam emolumenta architectis & ministris.* quæ verba indicant quo sensu roboratos ab Aureliano Pontifices dixerit. in eadem plane significazione, verbum *solidare* posuit Cassiodorus, qua Vopiscus *roborare*, Variarum l. 111. epist. 11. Dudum signidem Thomati auriga ex Orientis partibus advenienti annas rationabilis consideratio nostra largitatem est, donec ejus artem probaremus, & animum. sed quoniam in hoc agone primatum noscitur obtinere, ejusque voluntas patria derelicta nostri sedes favore delegit imperii, menstrua cum duximus largitate solidandum. atque inde *solidare* pro mercede conducere & *solidum* pro mercede apud recentiores. & *solidati*, milites mercenarii. Glossæ Basilicorum: σολεδατος, σπαλατης, ubi ηγλεδατος perperam scriptum est. quemadmodum autem *solidare* menstrua largitate dixit Cassiodorus, & heic Vopiscus *roborare*: sic eodem plane sensu fulcire scriptum

508 FLAVII VOPISCI SYRACUSII
ravit. ^I Decrevit etiam emolumenta furtis tectis
& mi-

scriptum legitur in Cod. Theod. de
filii militarum apparitorum, & veterano-
rum. leg. xi. si filii primipilarium reperti
fuerint, qui ingressi legitimos annos, nul-
lis stipendiis fulciuntur. sic enim stipen-
diis fulciri dicitur, ut roborari & soli-
dari. roborare Pontifices igitur hoc
loco nihil aliud est, quam stipendiis
& emolumentis & amplis redditibus
fulcire. sic fulcire stipendiis etiam apud
Ammianum Marcellinum l. xxiii.
sub finem: sequiturque semper hæc turba
tanquam addictio perenni servitio, nec sti-
pendiis aliquando fulta nec donis. jam sa-
tis igitur constat quo sensu roboratos
Pontifices ab Aureliano scriperit Vo-
piscus, hoc est, stipendiis & commodis
fultos. Suetonius in Augusto: sacer-
dotum & numerum & dignitatem &
commoda auxit. sic sacerdos aliquem
robore dixit alicubi Symmachus in
epistolis. Glossæ veteres prædium
 $\omega\chi\nu\rho\mu\pi\sigma$ interpretantur. inde ci-
vates prædictæ Guiberto, $\omega\chi\nu\rho\mu\pi\sigma$
& munitæ. præditum dixerunt absolu-
te veteres, quidquid bene instructum
munitumque esset: ut præditum ho-
minem divitem & opulentum. & præ-
ditam urbem bene muraram munitam-
que. Apulejus de Cratete: igitur prius
quam plane Crates factus inter proceres
Thebanos numeratus est, lectum genus, fre-
quens famulitum, dominus amplio vestibulo,
ipse bene visitus, bene prædictus. vulgo
pradiatus apud Apulejum scribitur.
quod liceat interpretari, multa ha-
bens prædia. sed bene prædictus vera le-
gio est, & significat bene instructum,
& cui nihil deest. sic Jovem in om-
nibus præditum dixit Martianus Ca-
pella: apud quem similiter prædiatum
pro prædito substituerunt, qui elegan-
tiam ejus verbi non percipiebant. de
ruptiis Philolog. lib. 1. in secundâ iti-
dem mansiabant præter domum Jovis
qua ibi quoque sublimis est, ut est in omni-
bus præditus. Quirinus, Mars, Lar
miliaris, &c. Dicit Marcianus Jo-
vem, ut est in omnibus prædictus, &

præter alios deos opulerter & largi-
ter instructus in secunda quoque
mansione domum sublimem habere.
At ex illis verbis Martiani, ut edita
vulgo sunt, Deum nobis nescio quem
Prædiatum faciebant. optimæ Glossæ
notionem & usum ejus vocis me do-
cuerunt, & earum ope, in optimis il-
lam auctoribus ivi restitutum. sic e-
nim habent: Prædictus, $\varphi\sigma\tau\theta\epsilon\zeta$, $\eta\tau\omega$
 $\omega\chi\nu\rho\mu\pi\sigma$. $\kappa\epsilon\tau\sigma\pi\gamma\mu\pi\sigma$, $\omega\chi\nu\rho\mu\pi\sigma$. ita prædictæ urbes sunt $\omega\chi\nu\rho\mu\pi\sigma$
 $\omega\chi\nu\rho\mu\pi\sigma$. Guibertus antiquarum vocum
auceps & usurpator insignis. lib. 111.
etiam urbes prædictas obedit, & ad necis-
tatem deditio[n]is impulit. sed ut ad pon-
tifices redeamus, pontificum Solis in
vetustis inscriptionibus fit mentio.
de aliis autem quam de Solis pontifi-
cibus vix possumus hunc locum acci-
pere.

GRUTERUS.

^I Decrevit etiam emolumenta archite-
ctis & ministris.] Pal. furtis tectis.

CASAUBONUS.

^I Decrevit etiam emolumenta archite-
ctis & ministris.] Architectis emolu-
menta auxit decreto suo, non pri-
mus instituit Aurelianus. semper e-
nim inter artifices quibus aliquam
vacationem munerum graviorum
conditio tribuit, habiti sunt archite-
cti, ut constat vel ex lege vi. Dig. de
jure immunitatis. In brevi autem
subdito legi secundâ Cod. Theod.
De excusationibus artificum, primi
omnium nominantur architecti. mi-
nistros h[ic] accipio, eos qui in discipu-
latum se tradiderunt architectis: nam
istis decreta invenio quædam emolu-
menta, non quibusvis eorum mini-
stris. Constantinus imperator lege
prima superioris tituli: Tam ipsos ar-
chitectos, quam eorum parentes ab iis qua
personis inungi solent volumus esse immu-
nes; ipsiisque qui discent salarym competens
statui.

^I Decre-

Garcia patch - building & in good repair

& ministris. His gestis, ad Gallias profectus,
Vin-

SALMASIUS.

I Decrebit etiam emolumenta architectis, & ministris.] Auxisse volunt non instituissi salario architectis Aurelianum. semper enim architectos inter eos fuisse numeratos, quibus munerum graviorum immunitatem concessere Principes. de quo certi nihil habeo quod dicam, quantum quidem ad Aurelianum pertinet: quem emolumenta architectis decrevisse nulla ex historia discimus. neque enim hic locus hilum facit ad eam rem affirmandam, qui sic conceptus est, ut sit necesse eum accipere, non de architectis in universum, sed de solis templi Solis architectis. & recte Palatinus liber, sartis tectis scriptum exhibet, pro architectis. quam lectionem veram esse non dubito. nec opus habebimus ministros heic intelligere, architectorum discipulos: quod interpretamentum placuit doctissimis viris, nobis vero admodum displicet. quis unquam ministros pro discipulis audiit, vel legit appellari? sartis tectis igitur templi Solis emolumenta constituit Aurelianus. addit Vopiscus, & ministris. ubi ministros possumus interpretari, quis sartorum tectorum procurationem haberent. aliter tamen exponimus paulo post. Sarta tecta quid sint ignorat hodie nemo. in optimis glossis, ιωρρηφαι expoununtur. πάπτειν οινοδομεῖν & ιωρρηπάπτειν Græci dicebant, vel ex novo ædificare, vel vetera sarcire. eadem Glossæ: ιωρρηπτειν οινοδομεῖν, subfructu, resarcio. ιωρρηφαι, plicatura, resarcinatio. subfrunctionem etiam dicebant. Glossæ subfrunctiones, ιωρρηφαι. perperam hodie legitur in Glossis, subfrunctiones. subsutiones idem erant. eadem: subfutio, ιωρρηλαμψει, ιωρρηφαι. ιππονδούς quoque, quo nomine Græci sarta tecta dicunt, subfrunctiones interpretantur illæ Glos-

sæ: subfrunctiones, ιππονδούς. sartitec-
tores pro iis qui sarta tecta curabant,
posuit Isidorus in Glossis. Sartitector.
qui tecta resarcit. vulgo sartitator. male,

I Et ministris.] Qui sunt & cujus
rei ministri quos heic vocat Vopi-
scus? absolute & simpliciter mini-
stros cum dicunt Latini, non adden-
tes cuius rei, templorum ministros
intelligunt, qui Græcis ιωρρηφαι.
nec aliter hoc loco ministros accipi-
mus. Pontificibus igitur & ministris
templi Solis emolumenta decrevit
Aurelianus. sic ministri dicuntur leg.
xiiii. de pagan. sacrif. & templis. Cod.
Theod. prærogativa si qua concessa sunt an-
tiquo jure, sacerdotibus, ministris, præ-
fatis, hierophantis sacrorum, sive quolibet
atio nomine nuncupentur, penitus abolean-
tur. in ordine autem sacrorum, ut
supremi Pontifices, sic infimi mini-
stri. unde auctoratos eos in tertia
jura esse dixit eleganter Manilius
lib. v.

Quos potius finget ortus quam templa
colentes,

Atque auctoratos in tertia jura mini-
stros.

nam primi Pontifices, secundi Sacer-
dotes, tertio in ordine ministri, hoc
est, ιωρρηφai. aliquando tamen Pon-
tifices & Sacerdotes confunduntur. ut
hoc loco Pontificum & ministro-
rum tantum meminit. sic leg. xiiii.
Cod. Theod. de heret. Pontificium
dicitur Sacerdotum officium, & mi-
nisterium, & ministrorum: Omnes
igitur qui harum professionum, vel Pon-
tificium, vel ministerium vindicarunt, qui-
se fucati nominis adserunt Sacerdotes, qui-
que in criminosa religione ministrorum sibi
nomen imponunt. hi duo igitur erant
ordinis in templis apud veteres, deo-
rum ministerio deputati, Pontifices,
& ministri. utrumque genus privi-
legiis munivisse & salariis emolu-
mentisque cohonestasse dicitur hoc
loco Aurelianus; si quidem de Pon-
tificibus in universum, & ministris
omnium

Anno bixy
 1 Vindelicos obsidione Barbarica liberavit: deinde ad Illyricum rediit, 2 paratoque magno potius quam in-

genti omnium deorum accipiamus. sed de Solis Pontificibus & ministris intelligi tantum praefat. omnia autem illa privilegia, emolumenta, annona tempis & sacerdotibus deorum à veteribus & paganis principibus concessas & tributas, Christiani postea principes revocarunt & aboleserunt. vide Codicem Theodosian. de pagan. sacrificiis & templis. lege xxxiiii. privilegia si qua concessa sunt antiquo jure Sacerdotibus, ministris, &c. quam supra retulimus. & lege xxx. eodem titulo: Templorum detrahantur annonae, & rem annonariam sublevent, expensis devotissimorum militum profutare. ita enim eam legem emendamus. emendanda etiam lex xxxi. de eadem re. omniaque loca quæ Frediani, quæ Dendrophori, quæ singula quoque nomina, & Professiones gentilitiae tenuerunt, epulis, vel sumptibus deputata, fas est hoc errore submoto compendia nostræ domus sublevare. vulgo editum: epholis & sumptibus. unde doctissimus Jurisconsultus faciebat; ephodii & sumptibus. sed epholis scriptum perperam, pro epholis. epulis igitur verissimum est. sumptuosas autem, & magnificas collegiorum epulas fuisse Varroni credimus. collegiorum, inquit, cæne innumerabiles incidunt annam. collegium dendrophorum ex veteribus inscriptionibus notum est. Tertullianus de cænis Pontificum, & reliquorum ejusmodi collegiorum: Salii cænaturis creditor erit necessarius. Herculanum decimatum, & pollutorum sumptus tabularii supradibunt. Apaturi, Dionysii, mysteriis Atticis coquorum delectus indicentur. ad summon cæne Serapiace Sparteoli excitabantur. recte igitur epulas & sumptus lex illa coniunxit. non possum abstinere quominus & legem duodecimam ejusdem tituli longe corrupissimam in editis, heic emendem & distinguam, ut olim ostendi Dionysio Gotofredo ju-

risconsultorum qui hodie vivunt, facile principi, meoque doctori. sic igitur legenda: nullas omnino ex quolibet genere, ordine hominum dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfundus, sive potens forte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla urbe sensu parentibus simulacris vel insontem victimam cadat, vel secretiore piaculo, larem igne, merogenum, penates odore veneratus, accendat lumina, imponat tura, ferta suspendat. quæ insignis restitutio est, & commentarium integrum merebatur. sed totam illam legem alibi explicabimus, & corrigemus, non hactantum parte mendosam, & obscuram. nunc alio properamus.

CASAUBONI.

1 Vindelicos obsidione Barbarica liberavit.] Inferius: ille Vindelicis jugum Barbaricæ servitutis amovit.

2 Paratoque magno potius quam ingenti exercitu.] Magno refer ad robustum animi & fortitudinem, ingenti ad numerum militum.

SALMASIUS.

2 Paratoque magno potius, quam ingenti exercitu.] Ingentem exercitum heic vocat Vopiscus, quem Vegetius grandem. lib. iii. cap. i. denique cum in diversis regionibus, contra diversos hostes à populo Romano annis prope omnibus pugnaret, ideo sufficiebant militum copie quod utilius judicabant, non tam grandes habere exercitus, quam plures. ita legendum apud Vegetium ex veteribus libris. vulgo editur, quam armis instructos. non tam bene. sed & contra mentem illius loci est. nam Romanis qui diversis locis pugnabant plures habendi fueru exercitus, potius quam grandes. ubi grandes exercitus dixit, numerosos. Vopiscus, ingentes. Grammatici, grande & magnum ita distinguunt, ut grande sit incremento, magnum

genti exercitu, Persis, quos eo quoque tempore quo Zenobiam superavit, gloriosissime jam vicerat, bellum indixit. Sed quum iter faceret, apud Cœnophrurium, mansionem quæ est inter Heracliam & Byzantium, ² malitia notarii sui, & manu Mucaporis interemptus est. Et causa occidendi ejus quæ fuerit, & ³ quemadmodum sit occisus, ne res tanta lateat, brevi edifferam. Aurelianus, quod negari non potest, severus, truculentus, sanguinarius fuit princeps. Hic quum usque eo severitatem tetendisset, ⁴ ut & filiam sororis occideret, ⁴ non in magna neque satis idonea causa,

magnum amplitudine. sic ingens, hoc loco est, incremento.

CASABONUS.

¹ Apud Cœnophrurium mansionem, quæ est inter Heracliam & Byzantium.] Victor vulgaris, in itineris medio quod inter Constantinopolim & Heracliam est. vulgo locum illum vocabat, non Cœnophrurium, sed Cœnophlorium, Κενοφλόρων corrupte, ut auctor est Cedrenus.

² Malitia notarii sui.] Aurelius Victor: ministri scelere cui secretorum officium crediderat. ut & Vopiscus mox, Mnœstheum quendam, quem pro notario secretorum habuerat. Graci non Mnœstheum hunc nominant, sed Erotem Zosimus: ἦν τις εὐ ποίησεις Βασιλεῖοις Εὐρωπαῖς, οὐ ξένοις Φερρυδρῶν διποτεῖσται μέντης τελεῖδρος. videtur ex istis fuisse hic à cura epistoliarum, aut à libellis supplicibus. et si vox μέντης ad referendarii appellationem potest referri. de eo officii genere habes in Codice & Novella decima. at Zonaras sic, Εὐρωπής τις καλεύμενος, η οὐ ξένοις Φερρυδρῶν διποτεῖσται ἀν μέντης, οὐδὲ ποτε ισορθοῖς, οὐτακτῆς, η τελεῖδρος τὸ βασιλεῖ τὰ τελεῖδρα τοὺς αὐτὸς λεγόμενα. posterioribus verbis frumentarium describit.

³ Ut & filiam sororis occideret.] Victor alter, sive vulgaris; Fuit scilicet &

sanguinarius, & trux omni tempore: et iam filii sororis interfector. sed vide quæ super hoc scribit mox Vopiscus. Suidas vero non sororis filiam aut filium ab Aureliano scribit intertem- tum, sed filii uxorem: de quo filio altum apud historicos silentium, & fabulam censeo.

SALMASIUS.

¹ Apud Cœnophrurium mansionem.] Καινὸν Φρέσλον, si bene memini, vocat Plutarchus in Lucullo. vetus tabula, Cenopurio. Itinerarium Antonini: Cœnophrurio. inter Heracliam & Byzantium esse dicit hanc mansio- nem Vopiscus. quod elucebit ex istis Itinerarii Antonini.

Heracleia m. p. XVIII.

Cenopurio m. p. XVIII.

Melantiada m. p. XXVIII.

Byzantio qui & Constantinopolis m. p. XVIII.

pro quibus tabula Peutingerorum habet: Heraclea. Cenopurio. Melantiada. Byzantium quæ non parum variat in passuum intervallo. καινὸν χωρίον perperam pro καινὸν Φρέσλον apud Polybium editum est: qui munitissimum hoc fuisse castellum scribit, & in eo gazam suam Mithridatem ha- buisse.

⁴ Non in magna, neque satis idonea causa.] Non in magna, neque in satis idonea causa.

¹ Mpe-

causa, jam primum in odium suorum venit. Incidit autem, ut se res fataliter agunt, ut ¹ Mnestheum quendam quem pro notario secretorum habuerat, liberum, ut quidam dicunt, suum, infensiorem sibi minando redderet, quod nescio quid de quodam suspicatus esset. Mnestheus, qui sciret Aurelianum neque frustra minari solere, neque si minaretur, ignoscere, ² breve nominum conscripsit, mixtis iis quibus Aurelianus

¹ Mnestheum quendam quem pro secreto notario habuerat.] Notarium secretorum appellat, quem à secretis vulgo vocabant. quam vocem Graci quoque barbari usurparunt, ἀσηκρήτης dicentes. sed &c nomen declinabile finixerunt, ἡ ἀσηκρήτης, ἡ ἀσηκρήτης. sic Latini recentiores a secretariis dixerunt ex illo ἀσηκρήτης, πρωτοσηκρήτης iidem etiam dixerunt, quem alii πρωτοσηκρήτης. unde protosecretaria, Anastasio Bibliothecario in vitis Pontificum. & falluntur, qui mutandum putant. at qui Vopisco notarius secretorum, is' Zosimo dicitur τῷ ἔξαθεν Φεργυδράν διποκρίσεων μηνύτης. quod erat proprius minus secretariorum. & locus ubi princeps τοῖς ἔξαθεν Φεργυδράν διποκρίσεων audiebat, ἀσηκρητιαν vocabatur. Cedrenus: δέξαρδρῳ τοῖς μηνύσδις ὁ βασιλεὺς ἐπὶ βῆματῳ τὸν τοῖς ἀσηκρητίοις ἐνδίσιον, καὶ ἀκειόν τοῖς ἔξαθεν τοῖς μηνύσταις ἐγένετο. qui μηνύσδις igitur illas faciebant, erant secretarii, vel à secretis. unde locus in quo siebant ἀσηκρητεῖον. idem & apocrisiarii. erant enim τοῖς διποκρίσεων μηνύσται, qui alio nomine, ad resonsum dicebantur. quorum esset, & quid esset ad resonsum mittere, jam docuere nos doctissimi jurisconsulti. idem & referendarii. nam μηνύσται & ἀναφορά, & notaria res eadem. Graci recentiores truncato vocabulo παραδίδεσσις eos vocarunt: atque ita recte apud

Suidam: παραδίδεσσις ἀξιαρια Γαμαλιὴν, οὐ γενὲ ἀναφορά. παραδίδεσσις pro παραδίδεσσι. atque ita scriptum legi in vetustissimo codice epigrammatum Gracorum. Εἰρηναῖς παραδίδεσσι. referendarium ἀναφορά interpretatur Suidas. nam, ut dixi, ἀναφορά & μηνύσται idem. Latini notariam dixerunt, vel notariam. Glossæ: notaria, ἀναφορά. item alia Glossæ: μηνύσται, indicatio, notaria, indicium. eadem & notitia. nam notariam, & noticiam pro eodem usurparunt. quod satis sit refellendo doctissimo viro, qui notariam à notis deducebat. verba igitur Zosimi quibus hunc Mnestheum, quem tamen Erotem nominat, ait fuisse τῷ ἔξαθεν διποκρίσεων μηνύσται παγκράτον, non sunt accipienda de eo qui ab epistolis esset, aut à libellis supplicibus: sed de secretario, vel secretorum notario. non enim diversa scribunt Zosimus & Vopiscus hoc loco.

CASAUBONI.

² Breve nominum conscripsit.] Scripti brevem. utrumque dicitur brevis & breve. Julianus in epistola ad Iudeos βρέσιον.

GRUTERUS.

² Breve nominata conscripsit.] Reduxi & heic, & mox infra lectionem omnem mss. vulgati enim utrobiique, breve.

SALMASIUS.

² Breve nominum conscripsit.] Brevem nomi-

Lianus verè irascebatur, cum iis de quibus nihil asperum cogitabat, addito etiam suo nomine, quo magis fidem faceret ingestæ sollicitudinis: ac breve legit singulis quorum nomina continebat: addens, disposuisse Aurelianum eos omnes occidere; illos verò debere suæ vitæ, si viri sunt, subvenire. ¹ Hi quum exarsissent timore qui merebantur offensam, dolorem miscentes beneficiis atque officiis quibus Aurelianus videbatur ingratus, in supradicto loco iter facientem principem subito adorti, interemerunt. ² Hic finis 37

Aure-

nominum. ita Palatinus. sic infra scribit: ac brevem legit singulæ. atque ita semper in manu exaratis libris, brevis potius quam breve. integrum est, brevis libellus. hinc adjectivum solum pro substantivo usurpatum, & brevis dictus est parvus libellus, sic fidelis servus cum antea diceretur, recentiores fidelem pro servo dixerunt. Glossæ: titlænov, brevis. sed hæc infra pluribus.

¹ Hi quum exarsissent timore, qui merebantur offensam.] Scio quomodo distinguant hunc locum doctissimi viri. nondum tamen ad plenum lucem illi & integritatem suam reddiderunt. nam quid est quod sequitur, dolorem miscentes beneficiis & officiis? Palatinus pro miscentes, habet, innocentes. sic igitur legitio: hi cum exarsissent timore qui merebantur offensam, dolorem innocentes, quorum beneficiis atque officiis Aurelianus videbatur ingratus. vel: quod beneficiis atque officiis Aurelianus videbatur ingratus. nunc locum integre sanum præstare ausim. nec opus addito verbo ad illam emendationem confirmandam.

GRUTERUS.

¹ Hi cum exarsissent timore qui merebantur offensam, dolorem miscentes beneficiis atque officiis, quibus Aurelianus, &c.] Lectio prava, detegiturque Pal. in quo: Hi cum exarsissent timore qui merebantur offensam, dolorem innocentes beneficiis atque officiis Aurelianus, &c. Tom. II.

sensus in promptu est: correptos timore noxios, dolore innoxios. itaque videtur rescribendum: Hi cum exarsissent timore, qui merebantur offensam, dolerent innocentes beneficiis atque officiis, quibus &c. sed ne sic quidem bene se verba habent, timor enim frigus excitat non calorem.

CASAUBONUS.

¹ Hi cum exarsissent timore qui merebantur offensam, d.] Quare dicit meritos esse offensam? neque enim offendebant ii saltem adversus quos nihil asperum cogitaverat Aurelianus, sicut modo dictum. Lego, Hi cum ira exarsissent, timore qui merebantur offensam, d. duo hominum genera in Aurelianum conspirarunt: boni per errorem, qui nihil in eum peccaverant; mali qui erraverant & poenam metuebant, procedunt hæc verba: breve nominum conscripti, mixtis iis quibus Aurelianus verè irascebatur, cum iis de quibus asperum nihil cogitabat. infra in epistola exercitus ad senatum: Aurelianus imperator noster per fraudem unius hominis, & per errorem honorum ac malorum interemus est. ubi videatur scribendum, per errorem honorum, ac malitiam malorum. nam sequitur ibidem, Nos de iis qui vel erraverunt, vel male fecerunt, imperare nobis neminem patimur. quibus verbis separari videtur error bonorum à malitia malorum.

² Hic finis Aureliano fuit principi necessario magis quam bono.] Incertus scri-

K k ptor,

Aureliano fuit principi necessario magis quam bono. Quo imperfecto quum esset res prodita, & sepulcrum ingens, & templum illi detulerunt ii à quibus interemptus est. Sane Mnestheus postea surrectus ad stipitem bestiis objectus est, quod statuae marmoreæ posita

ptor apud Suidam, de Aureliano γαλεπός τις οὐ φονικὸς ἵταρχων, οὐ μάχον ἀνασηγένεστρος σπαθίων, οὐ τείχος βασιλεύς. sunt autem hæc ad verbum ex Eutropio versa, ut alia multa quæ passim apud Suidam leguntur: ex quibus constat nobis ante Peanum alium fuisse qui Eutropium Græcum faceret: & quidem haud paullo elegantius & melius quam factum sit à Peanio. sic igitur Eutropius: sævus & sanguinarius, ac necessarius magis in quibusdam, quam in ulla amabilis imperator. sed legit Græcus interpres qui apud Suidam: necessarius magis dux, q. Vopiscus infra scribit: Diocletianum frequenter dixisse, cum Maximiani afferitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse, quam principem.

¹ Surrectus ad stipitem.] Optime. nec audiendi scripti qui præferunt surreptus ad pœnam, mutarunt imperii & morum veterum, & linguæ Latinæ.

GRUTERUS.

¹ Surrectus ad stipitem.] Sic proxime etiam Pal. nempe surreptus ad stipitem.

SALMASIUS.

¹ Surrectus ad stipitem.] Palatinus, surreptus, atque ita supra apud Capitulum legimus. ita etiam in veteri Martyrologio, ad bestias surripit. accedo tamen sententia doctissimorum virorum, qui surrectus præferunt. hinc subrigenda in libris de officio proconsulis Ulpiani ὑπόθεσις πυμωχία exponitur à veteri Glossario. Ad subrigendam, eis ὑπόθεσις πυμωχία. ita enim legimus in illis Glossis. subrigenda est, ὑπόθεσις, pro subrectio-

ne. sic præbenda pro præbitione. præbenda, παροχὴ in Glossis. sic offerenda pro oblatione. & inferenda pro unctione in capitulis Caroli Magni. sic diligenda pro diligentia in vetustissimo libro apud Quintilianum in declamationibus. quod annotavit Pithœus. sed surrigendam illam Ulpiani forrasse ad eculeum melius referas, in quo surrigebantur, & extendebantur homines, & quasi sustollebantur. nam eculeus simile quiddam erat illi machina quam Græci γέγρον appellant. immo eculeus erat plane illud γέγρον, ut ostendemus alibi. nam hucusque omnes in errore sunt versati, qui de eculeo scripserunt.

² Quod statuae marmoreæ posita in eodem loco utrumque significant, nbi & in columnis diro Aureliano statuae constituta sunt.] Quid illæ marmoreæ statuae significant, utrumque in sepulcro Aureliani posita? Mnestheum ad stipitem surrectum, & bestiis fuisse objectum. sed quid opus statuis ad hanc rem significandam? an putamus ibi statuas fuisse Mnesthei positas eo habitu, quo bestiis objectus est, ad supplicii memoriam signandam? hoc verum potest esse. sed magis prout statuas heic pro cippis vel columnis sive stelis sepulcralibus ponit, in quibus incidebatur titulus sepulcri, & quæ mortis causa fuisse illi, qui jaceret, ut in veteristarum memoriarum inscriptionibus videmus. statuas autem Latini non semper ἀρδπίλες appellant, sed etiam columnas & cippes, & quas Græci vocant στήλας. Glossæ: statua, ἀρδπίλας, στήλη. titulum & cippum etiam vocaverunt. στήλη, titulus, cippus. periculum auctori de viris illustribus dicitur. statuas vo-

positæ in eodem loco utrinque significant, 'ubi & in columnis divo Aureliano statuæ constitutæ sunt. Senatus mortem ejus graviter tulit, gravius tamen pop. Rom. qui vulgo dicebat, *Aurelianum pædagogum esse senatorum.* ² Imperavit annis sex, minus paucis diebus: ac rebus magnis gestis inter divos relatus est. Quia pertinet ad Aurelianum id quod in historia relatuum est, tacere non debui. Nam multi ferunt Quintillum fratrem Claudii, quum in præsidio Italico esset, audita morte Claudii sumpsisse imperium. ³ Verum

postea

cat Priscianus, columnas Herculis, in periegesi è Dionysio:

— statuæ hæc Herculis inter

A Tyriis colitur. —

& paullo ante:

— Calpen qua summam sustinet unam Herculis è statuis. —

& fortasse in illis ipsis statuis, hoc est columnis statuæ Aureliano, hoc est *avdpicætes* constitutæ sunt. perperam enim eruditissimi viri verba illa suspecta habent: ubi & in columnis statuæ Aureliano constitutæ sunt. nam semper in columnis statuæ ponebantur, ad sepulcra veterum. unde & columnam pro statua plerumque, ut contra pro columna statuam legitimus, columnæ quippe in sepulcris raro sine statuis. sed & alias columnæ cum statuis. Trebellius in Claudio: illi totius orbis judicio in rostris posita est columnæ, palmata statuæ superfixa librarium argenti mille quingentarum. idem ibidem: possimus dicere Flavium Claudium unicum in terris principem non columnis, non statuis, sed fame viribus adjuvari. vellem clarius nobis aperauisset vir doctissimus suspicionis suæ rationem. nisi hæc enim est, quam diximus, aliam nescio. sed hanc frustraneam esse jam ostendimus.

CASAUBONUS.

1 Ubi & in columnis divo Aureliano statuæ constitutæ sunt.] Suspecta nobis illa, & in columnis. libri tamen non variant.

² Imperavit annis sex, minus paucis diebus.] Vel ut alii, paucis mensibus. Zonaras, οὐ διασπόντων αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ λινογόνη τῷ θεῷ τῇ βασιλείᾳ, μέλισσῶν δὲ λιγνῶν εἰδούσας. nisi tamen scriperat vel Zonaras, vel is unde ipse habet, δὲ λιγνῶν μελισσῶν. in Fastis Græcis sunt anni sex, & ita Methodius, ac plerique veterum. ceterum quam varie hæc tempora à doctis viris hodie in Fastis & Annalibus describantur non ignoramus.

GRUTERVS.

1 Ubi & in columnis Divo Aureliano statuæ.] Sic & Pal.

SALMASIUS.

³ Verum postea ubi Aurelianum comperit imperare, à toto exercitu derelictum, quumque contra eum concionaretur.] Apud quos concionabatur Quintillus, qui à toto exercitu derelictus erat? manifestum heic ὅσσογωθεόγγι. sed illa verba, à toto exercitu derelictum, secundum οὐρανούς seriem, non nisi de Aureliano possunt accipi. quomodo enim de Quintillo accepisti? mendosus igitur locus. Palatinus etiam leviter inquinatus, sed ita ut non difficile ex eo veram legationem eruas. nam habet, ea deletum. lege: verum ubi postea Aurelianum comperit imperare, à toto exercitu deletum, quumque contra eum concionaretur, nec à milibus audiretur, incisis fibimis

postea ubi Aurelianum comperit imperare, à toto exercitu derelictum, quumque contra eum concionaretur, nec à militibus audiretur, incisis fibimet venis die vigesimo imperii sui periisse. Quicquid sane scelerum fuit, quicquid malæ conscientiæ, vel artium funestarum, quicquid denique factionum, Aurelianus 38 toto penitus orbe purgavit. Hoc quoque ad rem pertinere arbitror, ¹ Balbati filii nomine Zenobiam, non Timolai

venis, &c. Quintillus comperto Aurelianum totius exercitus consensu delectum imperatorem regnare, adversus eum apud milites concionabatur: sed quam nihil proficeret, nec à militibus audiretur, ipsem et sibi venas incidit.

CASAUBONIUS.

¹ *Balbati filii nomine Zenobiam non Timolai & Heremiani imperium tenuisse.*] Hoc addit Vopiscus, quia sciebat Trebellium Pollionem qui historiam XXX. tyrannorum non multo ante ediderat, nihil de hoc Balato dixisse. Ubi autem istum invenerit, & ex quo auctore indicatum aliis omnibus Zenobiæ filium Vopiscus eruerit, ipse viderit, equidem cum Trebellio sentio: qui sciam Gracos ac Latinos fere omnes non aliter olim prodiisse. Vellem sanè extaret ille auctor unde hæc historia est desumpta. Sciremus de isto Balato aliquid certius. Nos vero suspicimur, & corruptum hoc nomen, & ex ignorantia Syriacæ linguæ, qua Palmyreni utebantur, regem qui in natura rerum nullus erat, fuisse confitum. nam cum multa Syros audirent Graci de sua *bahala* vel *balat*, id est regina prædicantes, putabant principis ipsorum hoc esse nomen: atque & ex eo regem hunc aliis incognitum procuderunt, quem *Bahatum*, vel *contracto*, ut sit, nomine *Balatum* indigerarunt: postea longius progressa depravatio, & *Balatus* scriptum pro *Balatus*. *כָּלַח* &

Hebræis domina est & *דָבָרְוָה*: nec multo aliter Syri estulerunt. Onufrio hic constanter dicitur non *Balatus*, sed *Nabala*: quod unde illi in mentem venerit, non possum conjectura assequi. nam aliter hic omnes codices. *VABALATHVS* autem qui in aliquot Aureliani nummis reperitur effigiatu, cum hoc nomine, is vero alias fuit, quod alii ejusdem imperatoris nummi Græci docent, in quibus, sicut testantur viri docti, ab una parte sunt verba: *ΔΟΜ. ΑΤΡΑΙΑΝΟC.* *CEB.* ab altera ista: *ΟΤΑΒΑΛΑΘΟC. ΑΡΜΕΝΙΑC.*

GRUTERUS.

¹ *Balbati filii nomine.*] *Pal. Bahalatis* ut sine dubio rescribi debeat *Bahalatis*; de quo nomine argute Casaubonus noster.

SALMASIUS.

¹ *Balbati filii nomine Zenobiam non Timolai.*] Non possum mihi imperare ut ad stipuler sententiæ doctissimi viri qui *Balbatum* vel *Ballatum* fiditum nomen esse contendit, & ex ignorantia linguae Syriacæ, qua Palmyreni utebantur, producam. Gracos enim cum à Syris audirent multa de sua regina *Bahala* prædicari, nomen hoc esse commentos quasi regis ipsorum nomen esset. nollem hoc excidisset doctissimo viro & optime de his auctoriis merito. primum sciri oportet, non *Balatus* vel *Balbati* heic esse legendum, sed *Balatibus*.

maet mantes
Timolai & Herenniani, imperium tenuisse quod te-
nuit. Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bel-
lum, 'Felicissimo rationali autore: quod acerrime
seve-

balati, ut praefert Palatinus: aut *Vabala-*
balati, quod idem est. non esse com-
mentitium hoc nomen possumus
esse certi ex nummis Aureliani in
quibus *Ovāzāλλαθ* cusum est.
hoc est *Vabalathus*. nam male Onu-
phrius *Vabalathus* scribit. *Ovāzāλ-*
λλαθ, ut *Ovēταρασιανός*, *Vipasian-*
us. demus non eundem esse Vabal-
lathum illum, qui in nummis Au-
reliani reperitur, cum hoc Zenobia
filio: de veritate nominis non mi-
nus ideo constat. ego magna veri-
militudine ductus arbitror illum
Vabalathum cuius in nummis Au-
reliani mentio, hunc esse Vopisci
Vabalatum Zenobia filium. quem
enim alium Vabalathum devicit Au-
relianus? & notandum est sentire
Vopiscum non duos filios Zenobia,
ut quidam autores scriperant, sed
unicum Vabalathum extitisse. sic e-
cī nī s̄ribit: *hoc quoque ad rem pertinere*
arbitror, *Babalati filii nomine Zenobiā*,
non Timolai & Herenniani, *imperium te-*
nuisse quod tenuit. Zōsimus etiam non
duorū Zenobia filiorū, sed unius
tantum meminit: *τεττάκις οὐ μέρος*
τούτου ζώνθιας πατέρος οὐ μέρος
τούτου ζώνθιας πατέρος οὐ μέρος
filium au-
tem Babalathum potius quam Ze-
nobiam ipsam in nummis ideo effi-
giari voluit Aurelianus, quod scemi-
nae mentionem minus sibi glorio-
sam putaret. illud vero non prohibet
Vabalathum esse Zenobia filium,
quod in quibusdam nummis ejusdem
imperatoris scriptum sit in altera parte, *Ovāzāλλαθ* *A'ρρηπλα-*
nam Armenii cum Palmyrenis facie-
bant, & totius Orientis imperium
obtinebat Odenatus, & post eum
Zenobia, nomine filii hujus Vaba-
lathi. unde & Orientis reginam se-
vocat epistola ad Aurelianum missa.

Armenii igitur illi suberant, aut
certe societate bellica cum ea tene-
bantur. si quis tamen pugnabit di-
versum esse illum Aureliani Vabalathum
ab hoc nostro, non propterea
efficiet, ut minus recte Vopisco hoc
nomen asseruerim, & eo nomine
dictum esse Zenobia filium adver-
sus viri magni sententiam defende-
rim. quod ad nomen ipsum attinet,
non dubito quin deductum forma-
tumque sit à voce Hebraica & Syri-
ca *Bahala*, vel *Babalat*, quæ reginam
& dominam significat. inde *Babalat-*
us, & *Babalatus*, ut *Hel* & *Bel*, & si-
milia sexcenta. sic à voce *Malcha*,
quæ apud Syros regem significat, no-
men proprium *Mάλχ*. ita enī
vocabatur Porphyrius.

[Felicissimo rationali auctore.] Ma-
gna hallucinatio magni Jurisconsulti
qui non inspecto hoc Vopisci loco
scripsit Victorem, Vopiscum, Eutro-
pium & Suidam scribere monetarios
Felicissimo interfecto aduersus Au-
relianum bellum intestinum movi-
se. nam Aurelius Victor & hic Vopi-
scus contra scribunt, auctore Felicis-
simo seditionem illam motam. quod
& epistola Aureliani à Vopisci in-
ferra, verum esse vincit. solus Eutropius
Felicissimum à monetariis in-
terfectum, non illis ducem factum
scribit. Suidas autem Eutropium
non sequitur tantum, sed vertit ver-
batim. quod Eutropius vitiatis mone-
taris dixit, ille vertit, *Διγραφείρατες*
νόμισματα. Victor autem: quod num-
mariam notam corrossent. nummariam
vel nummorum notam dixit pro
nummis. aliī nummotum formam.
Cato in distichis:

Dilige denari, sed parce dilige formam.
forma denarii, pro denario ipso. sic
denariorum formas, pro denariis Isido-
rus vel auctor ille, unde sumpli:

nam & qui numulariam discunt, denariorum formis mureos pannos subjiciunt. Graci *ζαγασίων* pro moneta etiam dicunt. videtur autem non bene convenire Eutropio & Aurelio Victor. nam hic corrosisse monetam monetarios, ille vitiasse. nec enim idem esse puto monetam vitiare & corrodere. siquidem corrodere, est exteriorem circulum arrodere; vitiare autem est adulterare. nisi si quis dixerit eum qui corredit & arrodit monetam, etiam vitiare. at qui vitiat, non omnino & corredit. multis vero modis potuerunt monetam adulterare sub Aureliano monetarii, aut miscendo, & adulterando inter se metalla, ut aurum argento, argento aere, & plumbō: aut adulterinam monetam clam exercēdo, ut sub Constantino fecisse testis lex II. Cod. Theod. de falsa moneta. aut secernendo separandoque metalla, ut argentum ab aere, quemadmodum quidam monetarii sub eodem Constantino faciebant, ut indicat lex VI. titulo eod. his verbis: *comperimus nonnullos flaturios majorinam pecuniam non minus criminose quam crebre separato argento ab aere purgare.* majorinæ enim illæ pecuniæ argento aere mixto flabantur. statutarii autem argentum separabant, & & solum in figuranda moneta exhibebant. in quo non mediocre compendium faciebant monetarii. quam separationem metallorum, *flagnationem* vulgo dictam reperio. Isidorus in Glossis: *flagnare*, metalla secernere. idem in Originibus: *flagni* etymologia, *διπλάζειν*, id est separans dicitur & secernens. mixta enim & adulterata inter se per ignem metalla dissociat, & ab auro & argento & plumbō quoque secernit. Aurelius Victor nullo ex istis modo monetam vitiasse monetarios vult, sed sola corrosione, qua ponderis quantitatem minuerunt. non autem soli *διπλάζειν* nummos adrodunt & pondus immihiunt, sed etiam ærugo id facit, & nummos reddit leviores. Cassianus Monachus collat. I. cap. xxii. sive illa

quorum pondus ac pretium ærugo vanitatis arrodens exagio seniorum adæquari non finit, ut nomisma alevia atque damnosa minusque pensantia recusemus. idem cap. XXI. si meritis ejus pondus inaria imminuerit, & arroserit gloria. sed & alii locis imminuere & arrodere conjunxit. hinc asperos nummos vocabant, quos ærugo nondum arrosisset, in quibus character verustate obsoletus, & evanidus non esset, sed integer & solide expressus appareret. Graci *ἐπισημαῖς* dicunt. *δοκιμαὶ καὶ ἐπισημαῖς στῆρις* apud Suidam sunt probi & asperi stateres. sed hæc alibi pluribus, adulterinam pecuniam & falsa cusionem formatam, paracharaximam vocat idem Cassianus, & paracharaximos numeros. collat. I. cap. XX. sive cum paracharaximis nos conatur illudere. & cap. XXI. paracharaximo scilicet illusus nomismate, dum in illo veri regis imaginem veneratur, parum discutit an esse legitime figuratum. & cap. XXII. tanquam adulterina nomismata, & paracharaxima reprobamus, utpote qua falsam imaginem regis non legitime signatam contineant. quibus omnibus locis vir doctus paracharama reponit. ineptissime quæsiverim ab illo, an paracharamum nomisma recte dici existimet? si existimat, mihi dicat qua ratione possit efficere, ut paracharamum adjective dicatur. at *διπλάζειν*, ut *τριπλάζειν*, *επιπλάζειν*, *τριπλάσιον*, *τριπλάσιον*, *ουρανοπλάζειν*, & similia.

Felicissimo rationali auctore.] Felicissimum hunc, quem Vopiscus, Victor, Eutropius simpliciter rationalem appellant, is quem paulo ante dixi summus Jurisconsultus, procuratorem monetarum vult fuisse. procuratorem fisci fuisse Felicissimum ex epistola Aureliani ipsius docemur in hæc verba: *monetarii auctore Felicissimo, ultimo servorum, cui procurationem fisci mandaveram, rebellis spiritus extulerunt. auctor Græcus apud Suidam qui Eutropii historiam in Græcum translitur, rationalem, τριπλάσιον* monetae *τριπλάσιον* vertit. Præpositum moneta vo- luit

severissimeque compescuit, ¹ septem tamen millibus
suorum militum interemptis: ut epistola docet missa
ad Ulpium Crinitum ter consulem, qui eum ante ad-
optaverat. *Aurelianus Augustus Ulio patri.* ² Quasi
fatale quiddam incesit, ³ ut omnia quaecunque gessero,
omnes motus ingravescant. Ita enim seditio intra mura-
na bellum nisi gravissimum peperit: monetarii autore
Felicissimo ultimo servorum, cui procurationem fisci man-
daveram, rebelles spiritus extulerunt. ⁴ Hi compressi sunt,
septem

Iuit intelligere, cuius meminit Amianus Marcellinus, qui & procuratoris monetæ mentionem habet lib. xxviii. monetarios autem eorumque præpositum sive procuratorem sub facti ærarii præfecto militasse, quem majoris ærarii procuratorem vocat Spartianus in Diadumeno, nullum dubium est. constat enim & post Constantimum monetarios fuisse sub dispositione comitis factarum largitionum, qui præfetus olim erat ac dicebatur ærarii facti. sed de his alibi in libro de officiis domus Augustæ.

CASAUBONUS.

Et Septem tamen millibus suorum militum interemis.] **Aurelius Victor:** *Neque secus intra Urbem monetae opifices deleri: qui cum auctore Felicissimo rationale, nummariam notam corroxisserint, poenae metu bellum fecerant: usque egrave, uti per Caelium montem congressi, septem fere millia bellatorum conficerent.* **Eutropius** **pavillo aliter.**

GRUTERUS.

*2 Quasi fatale quiddam incessit, ut
etc.] Pal. quiddam minist, ut pareat
locum non satis integrum. mox quo-
que exdem membranæ pro Ita enim
sedatio, legi jubent, Ita etiam sedatio.*

SATMASIUS.

² Quasi fatale quoddam incessit.] Pro incessit, vetus codex scribit inist. quæ tantula varietas viam militi aperuit

ad insignem hujus loci emendationem. sic igitur corrigimus, & distinguimus: quasi fatale quedammodo mibi sit, ut omnia quaecumque gressero, omnes motus ingravescant, ita sedis intramurana bellum mibi gravissimum peperit. monetarii auctore Felici Buno, ultimo servorum, &c. hæc antea pessime distincta legebantur. quedammodo etiam pro quoddam reposituimus non invita scriptura Palatini codicis.

3 Ut omnia quaecunque gessero omnes
motus ingravescant.] Ingravescere heic
notabis agendi notione positum, pro
ingravare. sic gravescere, in veteribus
Glossis: gravesco, βαρπ. ubi gravesco
pro gravo. sic quiescere veteres. unde
quiesco servum apud Servium pro
quiescere jubeo, vel compesco. sic
apud recentiores, innatesco est notum
facio. & in ea significatione Ulpia-
no positum legi. sed locus nunc in
memoria non est. sic invilesco, pro in-
vilito. οὐτε λέγω, invilesco. εἰς λέγω,
exilesco. sic insuesco pro insufacio a-
pud Horarium. & consuecit, pro con-
suefacit. Prudentio.

4 Hi compressi sunt septem millibus Hiberorum, Riparienstium, & Castrianorum.] Primus Bonus Accursius nobis Hiberos heic substituit, qui deinde sunt propagati in omnes editiones. vetus liber habuit, *Fembiorum*, quam diversa scriptura. ille quem dixi Accursius, primæ editionis auctor vel procurator, *Hiberiorum pro Fembiorum* excludi voluit; nallo alio arguimento

ductus, quam quod non videret, quid melius proximiusque ad veterem scripturam substitui posset. ego vero ex Lembariorum, minima mutatione Lembariorum facio. & Lembarios accipio Classicos milites. classum enim duo erant genera, unum maris, alterum fluminum. in mari liburnis, in fluminibus lembis vel lusoriis utebantur. nam in fluminibus limitaneis habebant Romani lusorias vel lembos, & in his milites classicos, ad tuendum limitem, quos nunc Lembarios vocat Aurelianus. de lusoriis Danubianis mentio apud Vegetium lib. & cap. ultimis: *de lusoriis queis in Danubio quotidiani utuntur excubitis, reticendum puto.* de quibus infra dicemus. lusorias autem & lembos idem esse nemo potest dubitare. lembos amicos vocat Marcellinus, quibus in fluminibus Rheno & Danubio, & aliis utebantur, quas & alibi lusorias appellant. sed dicat aliquis cur istorum opera Lembariorum utatur Aurelianus, aut quomodo ex fluminibus suis & classibus excubisque evocati, hoc ad manus usumque fuerint translati. idem questionis potest cadere in Riparienses, quibus ripæ tuendæ erant commissæ, quos tamen heic operam videmus navare debellandis monetariis. de Lembariis sive Classicis respondeo, illos justorum militum operam munusque præbuisse, & in castris & in campo apud veteres. Hyginus de castrametatione: *alæ milliarie vel quingenariae: Mauri equites: Pannonii veredarii: Clasici omnes ideo prætendunt, quod ad vias muniendas primi exeat, & quo sint tuiores, à Mauris equitibus & Pannoniis veredariis operantes proteguntur.* idem alibi Classicos Misenates & Ravennates numerat inter Mauros equestres, Pannonios exploratores, Palmyrenos, Dacos, Getacos, & reliquias nationes quæ Romanis militabant. de quibus nos alibi. legimus apud Suetonium, Neronem primum, Clas-

sarios ex remigibus justos milites fecisse, & saepè Classiariorum occurrit mentio apud illum in Castribus. sic Lembariis sunt Clasici milites, quos ex optimo codice non infeliciter eruimus, & in notitiam dedimus, qui hactenus obscuri incognitique latuerant.

GRUTERUS.

[1 Septem millibus Hiberorum & Ripariensium.] Immisimus copulam volente Palatino, interim tamen illud Hiberorum falsum est: ejusque loco habet idem liber: *Jembariorum.*

CASAUBONUS.

[2 Hiberorum, Ripariensium, & Castrinorū & Daciorum.] Male hunc locum accipiunt cruditi vitii, qui putant hæc nomina esse populorum quos Aurelianus bello monetariorum attriverit. falluntur: nam contra, hi sunt qui in Urbe pro imperatore suo pugnantes, à rebellibus monetariis sunt interempti. Hiberos igitur intellige, qui in prætorianis legionibus, vel aliis, aut inter auxiliares merebant: sic & cætera nomina accipe. Legionum Ripariensium ampla mentio est in Notitia imperii, unde eorum claret error, qui sine distinctione legunt hoc loco, *Hiberorum Ripariensium.* qui ripam inhabitant, riparii dicuntur: & legiones quæ prætendebant apud riparios dictæ riparienses. aliud enim ripensis est, ut cum Dacia Ripensis dicitur: aliud ripiensis. sic legiones in Germania collocatas, Germanicas appellatant, & quæ in Illyrico, Illyricianas, quæ in Dacia, Dacianas, ut Trebellius in Claudio. Dacicos auxiliares lego in Notitia, sub dispositione ducum Moesia secunda, & Dacia ripensis. Castriani isti, unde potissimum fuerint appellati, cum essent tot castra, nondum inveni.

SALMASIUS.

[3 Ripariensium & Castrianorum.] Ri-

parie-

norum & ¹ Daciscorum interemptis. Unde apparet nullam mihi à diis immortalibus datam sine difficultate vicitiam. ² Tetricum triumphatum correctorem Lu-39 caniae fecit, filio ejus in senatu manente. ³ Templum Solis

patiensium, & Castrianorum meminit codex Theodosius leg. ult. de re militari. sed Castricani ibi nominantur. sed in illa lege non minus mendosa lectio, quam distinctio. utrumque sic purgabimus: sciant igitur Comites vel Duces, quibus regenda militia cura commissa est, non solum de Comitatibus ac Palatinis numeris ad alios numeros militem transferri non licere, sed ne de ipsis quidem pseudocomitatibus, seu Ripariensis, Castricani, cererisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam. pseudocomitatibus reposuimus, pro fin de comitatibus. quod ferri non poterat. nam jam ante de Comitatibus dixerat. erant autem Comitatenses, & Pseudocomitatenses: Riparienses, & Pseudoriparienses. de quibus omnibus non hic dicendi locus. ut nec de Castricani vel Castricani, unde dicti. quæ nos alibi pluribus patefaciemus in alio opere.

¹ Daciscorum.] Daciscos heic vocat, qui Daci Hygino dicuntur, & inter auxiliares ab eodem referuntur: Palmyreni d. Getaci DCCC. Daci DCC. Brittones d. Cantabri DCC. Centuriæ Statutorum II. Daci & Dacisci, ut Hunni, Hunnisci. Teuri, Teutisci: unde Teutisci in veteribus libris scribuntur. Mauri, Maurisci, & similia. equites autem fuisse istos Daciscos alibi ostendemus. nam alia Brittonum, & alia Dacorum, nisi fallor, mentio in veteribus saxis,

² Tetricum triumphatum correctorem Lucaniae fecit.] Zosimus: τέταν γέτω διωκηθών, Τετρικαὶ καὶ ἀλλαγές ἐπαναστάσεις καὶ συντονωμένελαι, καὶ τίνι αἰχινού μετῆλθεν. quæ verba Zosimi vir magnus in hanc sententiam accipit, quasi dicat, multo cum labore Tetricum ab Aureliano vicitum, pe-

que ex dignitate tractatum, sed indignis modis acceptum. ibique Zosimus, ut mendaciorum hamaxagorum arguunt, qui tam diversa prodat ab reliquis historicis, & historiae fidei ita sensit, aut scripti, Zosimus merito vapulat. et si in aliis fidem ejus male ambulare scio: heic tamen recte stat talo. nihil enim aliud illa verba significant, quam nullo negotio vicitum Tetricum, utpote qui se ipse dediderit, & cum eo pro dignitatis sua merito egisse Aurelianum. neque semper μετέλθειν punire significat, & in aliquem animadvertere, & est verbum τί μέσων, quod in bonam malamque partem potest accipi. τί τίνι αἰχινού igitur μετῆλθε Tetricum Aurelianus, qui eum vicitum triumphatumque correctorem Lucaniae fecit, filio ejus in senatu manente. nulla ergo pugna Zosimi cum Vopisco & aliis auctòribus.

CASABONIUS.

³ Templum Solis magnificentissimum posuit.] De hujus templi donariis mox Vopiscus aliquid, & plura alii scriptores, narrat Zosimus Aurelianum in ea æde Solis & Beli simulacra dedicasse. ex quo appetet translatum ejus numinis cultum è Syria.

SALMASIUS.

³ Templum Solis magnificentissimum constituit.] Multa de hoc templo supra verba fecimus, ubi tamen omisimus monere, quod præcipua observatione dignum est. dixit ante Vopiscus matrem Aureliani sacerdotem fuisse in templo Solis. si nomen illius urbis teneremus, absque dubio sciremus patriam Aureliani. sed cum eum Pannonium fuisse scribat Vopiscus,

Kk 5 urbs

Common reforuers

522 FLAVII VOPISCI SYRACUSII

Solis magnificentissimum constituit: muros urbis Romæ sic ampliavit ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneant. Item quadruplatores ac delatores ingenti severitate persecutus est: tabulas

urbis aliqua Pannoniæ querenda est, in qua templum Solis esset positum, & ejus Dei cultus frequentatus. Syrmii quidam eum ortum esse dixerunt. si verum est, non dubito quin Syrmii fuerit templum Solis & in eo templo sacerdos mater Aureliani, quem Solem cultum fuisse ab Aureliano jam inde à prima ætate scire licet ex Vopisco. in omni autem Illyrico frequens fuit cultus Solis vel Apollinis quem Belenum vocabant. Tertullianus in Apologetico Norici deum Belenum facit, ubi singularum provinciarum tutelares, & *naturæ* deos enumerat. hinc verisimili conjectura colligo matrem Aureliani Beleni sacerdotem fuisse, nec enim aliud Deum Pannonii venerabantur, & omnes Illyrici, quam Belenum, qui & Sol & Apollo. ejus quoque numinis cultus apud Gallos præcipuus, ut jam doctis observatum. Aquileienses etiam eum colebant, ut scimus ex Capitolino & Herodiano, qui *Belenor* nominat *enixieor* *deor* Aquileiensium. colligimus autem ex Vopisci verbis, quæ habentur hujus vita initio, eamdem fuisse formam, & habitum Solis quem Illyrici adorabant, & ejus quem Persæ venerabantur. Belenus igitur Illyricorum Deus, & Mithra Persarum, ejusdem formæ & habitus fuerint oportet. sciendum tamen est Persicum illum Mithram Aureliani ætate & longe ante Aurelianum, haud minus in Occidente quam Oriente fuisse cultum, & templo vulgo habuisse, & sacra ejus passim ab omnibus accepta & frequentata, quæ Mithriaca dicebantur. quorum mentionis pleni sunt libri veterum scriptorum, & antiqua laxorum monumenta, quare verifi-

mile est in aliquo templo Solis Mithræ sacerdotem fuisse Aureliani matrem. hinc non mirum est si Aureliano cum legatus ad Persasisset, paterna data est à Rege Persarum in qua Sol insculptus erat eo habitu quo celebatur in eo templo in quo mater ejus fuerat sacerdos. nam Mithra tunc temporis eodem habitu celebatur in Occidente, quo apud Persas, & in Oriente. à Persis enim sacra Mithriaca & omnem illius Dei cultum acceperunt Romani Græcique. atque hoc fortasse verius quam de Beleno.

CASAUBONI.

1 Ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneant.] Ita & antiqua omnia exemplaria, accedit quod in Martini Poloni Chronico legimus: In circuitu Roma sunt millaria xxxii. præter Transiberim, & Leoninam civitatem: cum quibus dicitur habere xlvi. millaria. Sed ista viri docti accuratius expenderunt.

2 Item quadruplatores ac delatores ingenti severitate persecutus est.] Aurelius Victor: delata fiscales & quadruplatorum, que Urbem miserabiliter affecerant, calumnia: consiantis igni tabulis, monumentisque hujuscemodi negotiorum.

SALMASIUS.

3 Tabulas publicas ad privatorum securitatem exuri jussit.] Huc refero verba Zosimi, et si non idem dicant. οὐδὲ τοις δορσόν νέον δημοσίες διδούσε τοις δορσάν δορσάδας τεττάς δέονται δημοσίους, τέττας τε τοις ουρανοῖς ου σχύλεως αποδίζεται. ille dicit Aurelianum confusionem sustulisse ex syngraphis & tabulis publicis: Vopiscus vero cum Victore eas illum incendi justisse.

I. Annexa

account books

bulas publicas ad privatorum securitatem exuri in foro Trajano semel jussit. ¹ Amnestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Atheniensium: cuius rei etiam Tullius in Philippicis meninit. ² Fures provinciales repetundarum ac peculatorum reos ultra militarem modum est persequutus, ut eos ingentibus suppliciis cruciatibusque puniret. In templo Solis multum auri gemmarumque constituit. Quum vastatum Illyricum ac Moesiam deperditam videret, ³ provinciam trans Danubium Daciam à Trajano constitutam sublato exercitu & provincialibus reliquit, desperans eam posse retineri: abductosque ex ea populos, ⁴ in Moesiam collocavit, ⁵ appellavitque

CASAUBONUS.

¹ Amnestia etiam sub eo del.] Addit Victor: a que ad Græcia morem decreta abolitione. Atheniensium ~~à pœnūsia~~, & Ciceronis locus de illa ne tironibus quidem ignorantur.

² Fures provinciales, repetundarum ac peculatorum reos ultra militarem modum est persecutus.] Simillime sequitur apud Victorem: Inter quæ avaritia peculatorum, provinciarum prædatores, contra modum militarium (querum è numero erat,) immane quantum scelabatur: five infelabatur, ut recte emendat eruditissimus Schottus.

³ Provinciam trans Danubium Daciam à Trajano constitutam, sublato ex &c.] Sextus Rufus: Trajanus Dacos sub rege Decibalo vicit: & Daciam trans Danubium, in solo barbarico provinciam fecit: que in circuitu decies centena milia passuum habuit: sed sub Gallieno imperatore amissa est: & per Aurelianum translati exinde Romanis, due Dacia in regionibus Moesia ac Dardanis factæ sunt.

⁴ In Moesiam collocavit, appellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Moesias dividit.] Atqui Daciam Aureliani nusquam invenimus nominatam: cum tamen aliter hunc locum interpretari non possimus. Jornandes non

Aureliani Daciam, sed Ripensem quam Istrum tangeret, & Mediterraneam fuisse dictam ostendit. nam in libro De regnorum successione hæc scribit, loquens de Dacia provincia trans Istrum à Trajano facta: Sed Gallienus eos dum regnaret amissit: Aurelianusque imperator, evocatus exinde legionibus in Moesia collocavit, ibique aliquam partem Daciam Mediterraneam, Daciamque Ripensem constituit, & Dardaniam junxit. Eutropius nihil de nomine: abductos Romanos ex urbibus & agris Dacie, in media Moesia collocavit: & est in dextra Danubio in mare fluenti, cura antea fuerit in leva.

GRUTERUS.

³ Provinciam trans Danubium.] Pal. transdanuvianam. recte.

SALMASIUS.

⁵ Appellavitque suam Daciam quæ nunc duas Moesias dividit.] Eutropius hunc locum describens, sic eum retulit: appellavitque eam Daciam, quæ nunc duas Moesias dividit. utrum ita legerie in codicibus Vopisci, an vero ipse mutaverit, certum nescimus. Aurelianus sane eam Moesiam vel eam partem Moesia, in quam transtulit Dacia provinciales, Daciam nominavit. libenter

que suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit. Dicitur præterea hujus fuisse crudelitatis¹ ut plerique senatoribus simulatam ingereret fæctionem coniurationis ac tyrannidis, quo facilius eos posset occidere. Addunt nonnulli, filium sororis, non filiam, ab eodem interfectum: ² plerique autem etiam filiam sororis. Quam difficile sit imperatorem in locum boni principis legere, & senatus sanctioris gravitas probat, & exercitus prudentis auctoritas. Occiso namque severissimo principe, ³ de imperatore deligendo exercitus retulit ad senatum, idcirco quod nullum de his faciendum putabat qui tam bonum principem occidenterant. Verum senatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit, sciens, non libenter jam milites

accidentibenter autem legerim: appellavitque eam Daciam, pro suam. nisi dicamus Aurelianum suam vel Aureliani Daciam appellavisse, quod ipso vivo tantum obtinuit. vel cum de ea loqueretur, suam Daciam appellare consueuisse. eam vero Aureliani Daciam, quæ inter duas Mœsias, recentiores in duas provincias divisorunt: feceruntque Daciam mediterraneam, quæ interior esset, & longius à ripa Danubii remota, & Daciam Ripensem, quæ ad ripam Danubii attingeret. nondum hanc Daciarum divisionem fuisse Vopisci tempore tuto possumus ex hoc loco affirmare. unam enim tantum Daciam nominat: quæ sua a tate duas Mœsias divideret, superiorem & inferiorem. At Sextus Rufus & Jordanes durum meminere Daciarum. Dacia etiam Ripensis mentio in Notitia imperii: quæ sic dicta ad differentiam Daciae mediterraneæ.

¹ Ut plerique senatoribus simulatam ingereret fæctionem.] Palatin. simulans. ex quo prima editio: si multis. utrumque meo iudicio mendose.

CASAUBONIUS.

² De imperatore deligendo exercitus re-

tulit ad senatum.] Aurelius Victor: Interea milites amissò principe, legatos statim Romanos destiniant, uti siquicunq[ue] patres imperatorem deligerent. quibus hoc ipsorum potissimum munus respondentibus, rursum legiones ad eos rejiciunt. Ita utrimque pudore ac modestia decertabatur: rara in hominibus virtute, rebus praesertim hujusmodi, ac prope ignota militibus.

SALMASIUS.

³ Plerique autem filiam sororis.] Melius libri veteres: plerique autem filium eam sororis. rettulit supra Vopiscus Ievi de causa Aurelianum filiam sororis occidisse, ex plurium auctorum scilicet sententia. heic vero refert ex quorumdam filium sororis cum occidisse non filiam. addit autem, & auctores esse, qui scribant etiam filium occidisse, & eam plerorumque esse sententiam, & filiam sororis, & filium interfertos ab Aureliano.

⁴ Idcirco quod nullum de his faciendum putabat, qui tam bonum principem occiderant.] Idem sic extulit in Taciti vita: tunc odio presentium exercitus quæ creare imperatorem solebat, litteras ad senatum misit.

I. Nisi

accipere imperatores eos quos senatus elegerit. Denique id tertio factum est, ita ut per sex menses imperatorem Romanus orbis non habuerit, omnesque judices ii permanerent quos aut senatus aut Aurelianus elegerat, ¹ nisi quod ² proconsulem Asiae Falconium ³ in locum Aurelii Fisci delegit. Non injucundum est ⁴ ipsas inferere literas quas ad senatum exercitus misit. Felices ac fortes exercitus senatus populoque Romano. Aurelianus imperator noster per fraudem unius hominis, ⁵ & ⁶ per errorem bonorum ac malorum, interemptus est. Hunc inter deos referte, sancti & domini P. C. & de vobis aliquem, sed dignum vestro judicio, principem mittite. Nos enim de iis qui vel erraverunt vel male fecerunt, imperare nobis neminem patimur. ⁶ Rescriptum est senatus-consulto, ⁷ Quum die tertio nonas Febr. senatus amplissimus in curiam Pompilianam convenisset, Aurelius

¹ Nisi quod proconsulem Asiae Falconium in locum Aurelii Fisci delegit.] Palatinus, & editio vetus, nisi quod proconsulem Asiae Falconius Probus, in locum Arellii Fisci, subaudiendum, electus est, vel factus est, aut creatus. recte autem Falconium Probum eadem membrana exhibent, ut & Arellium Fiscum. nam ita supra nominatur in eodem codice, non semel proconsule, pro preconsul, ut alibi passim apud autores.

⁴ Et per errorem bonorum & malorum.] Excidit omnino necessaria vox: per errorem bonorum & malorum facinus, vel factum. sequitur enim post paulo: nos enim de iis, qui vel erraverunt, vel male fecerunt, imperare nobis neminem patimur. erraverunt boni, malefecerunt mali. hoc est igitur quod heic vocat, errorem bonorum, & malorum facinus. malitiam vero quod heic repositum ibant doctissimi viri, minus convenit, si quid recte judico.

⁶ Rescriptum iste senatus-consulto.] Rescriptum ex senatus-consulto. nam ex sententia Aurelii Taciti factum senatus-

consultum, qui censuit rescribendum exercitui, & ad eum referendum de imperatore diligendo.

GRUTERUS.

² Proconsulem Asiae Falconium Probum in locum, &c.] Illud Probum est à Palatino, qui tamen habebat alio casu, proconsulem Asiae Falconius Probus in locum.

³ In locum Aurelii Fisci.] Sic iterum Palatinus noster, & ad stipulatur aliorum miss. quare abjeci rursus vulgatum Aurelii.

⁷ Cum die tertio nonas Febr.] Palat. cum de tertio nonarum Februarium.

CASAUBONUS.

³ In locum Aurelii Fisci delegit.] Nempe senatus. pro Aurelii, alii libri Arellii, scripta lectio, Aselli.

⁵ Per errorem bonorum ac malorum.] Videtur posse ferri, quia praeedit, fraude unius hominis. sed propter sequentia verba & locum superiore, non displicer emendatio quam ibi proposuimus.

I Annt.

lius Gordianus consul dixit: *Referimus ad vos p. c. literas exercitus felicissimi. Quibus recitatis Aurelianu-*
s Tacitus primæ sententiæ senator ita loquutus
est, (hic autem est qui post Aurelianum sententia
omnium imperator est appellatus) 1 Recte atque ordine
consuluissent dii immortales p. c. si boni ferro inviolabiles
exitissent, ut longiorem ducerent vitam: neque contra eos
aliqua esset potestas iis qui necesse infandas tristissima men-
te concipiunt. 2 Viveret enim princeps noster Aurelianu-
s, quo neque utilior fuit quisquam. Respirare certe post infe-
licitatem Valeriani, post Gallieni mala, imperante Claudio
cœperat nostra Respublica: 3 at eadem redditia fuerat Au-
reli-

1 *Aurelianu* Tacitus.] Membranæ
Aureliu T. sed neque Aurelianu,

neque Aureliu dictus est Tacitus,

verum Claudiu.

2 *Recto ordine consuluissent dii imm.*] Veteres, Recta atque ordine. scribe,
Recte atque ordine d. sic in Probo: *Recte*
atque ordine P. C. proximo superiore anno
factum est. & in rescriptis imperato-
xrum persæpe.

4 *Quo neque utilior quisquam.*] Scio
nec pro non solitum pon. sed hic lo-
cum non habet hæc observatio. deest
igitur aliquid, cum hoc similius mo-
do scripsisset auctor: neque fortior, ne-
que utilior quisquam.

GRUTERUS.

1 *Aurelianu* Tacitus.] Pal. Aure-

liu: sed nec sic loco sua sit medicina.

2 *Recta atque ordine.*] Hæc est le-

gio omnium scriptorum; quæ nullo

negotio mutabitur in formulam

communem. *Recte atque ordine.* ante

cusi. *Recto ordine.*

SALMASIUS.

2 *Recto ordine consuluissent Diu.*] No-

strî libri, recta atque ordine. ut & Ca-

sauboniani. ex quo bene idem fecit:

recte atque ordine. sic Graci, ὅπλως τε

καὶ κόρην. hoc est, *recte atque ordine.*

ordine aliquid facere, & ordine ire, apud

Plautum est, quod alibi dixit, καὶ λό-

γον. in milite gloriose scen. 1. act. III.

Nam bonum consilium surripitur sapienti-

me,

Si minus cum cura aut cata logon loquendi

lectum id est.

catalogo vulgo editum est. in qua voce
 corrigenda conjecturatum plaustra
 videtur est, in Taubmanni commen-
 tariis, quarum tamen nulla veram
 lectionem assequuta est. nos vero
 sumus assequuti. nam καὶ λόγον lo-
 qui est, lepide & commode loqui, ut
 paulo sequitur. καὶ λόγον enim lo-
 quitur, qui dicit id quod opus dicto
 est tantum: & καὶ λόγον loquendi
 consilium legit, qui cum cura &
 ratione id providet, ne inimici sermo-
 nem suum sublegant & consilium
 surripiant, qui non temere loquitur,
 aut inconsidere. apud Artemido-
 rum habes sæpe: ὅπλως τε καὶ κόρην.
 quod esse diximus, *recte atque ordine.*

3 *Viveret enim princeps noster Aure-*
lianu.] *Viveret enim princeps Aurelia-*
nus. ita Palatinus.

5 *At eadem redditia fuerat Aurelianu-*
toto genitus orbe vincente.] Non male
 idem Palatinus: *ad eadem redditia fue-*
rat. ait rempublicam ad eadem reddi-
 tam fuisse victoriis Aureliani, hoc est
 in eundem statum restitutam, quo
 prius

reliano toto penitus orbe vincente. Ille nobis Gallias dedit: ille Italiam liberavit: ¹ ille Vindelicis jugum Barbaricæ servitutis amovit. ² Illo vivente Illyricum restitutum est, redditæ Romanis legibus Thracia. Ille (proh pudor) Orientem fæmineo pressum jugo in nostra jura restituit: ille Persas insultantes adhuc Valeriani nece, fudit, fugavit, opprescit. Illum Saraceni, Blemyes, ³ Axomitæ, Bactriani, Seres, Hiberi, Albani, Armenii, populi etiam Indorum, ⁴ veluti præsentem pene venerati sunt deum. Illius donis quæ à Barbaris gentibus meruit, refertum est Capitolium: ⁵ quindecim millia librarum auri ex ejus liberalitate unum tenet templum, omnia in urbe fana ejus micant donis. Quare P. C. vel deos ipsos jure convenio, qui talem principem interire passi sunt, nisi forte secum eum esse maluerunt. Decerno igitur divinos honores: ⁶ id quod vos omnes existimo esse facturos. Nam de imperatore deligendo ad eundem exercitum censeo esse referendum. ⁷ Etenim in tali genere sententiae, nisi fiat quod dicitur, & electi periculum erit, & eligentis invidia. Probata est sententia Taciti: attamen ⁸ quum iterum atque iterum mitterent, ex

S. C.

prius fuerat ante infelicitatem Valeriani, & Gallieni luxuriam. sic ad eam formam reddere, in epistola Aureliani supra: templum Solis ad eam formam volo, quæ fuit, reddi.

¹ Ille Vindelicis jugum Barbaricæ servitutis.] Inde Vindelicis jugum. sed ille retineo.

² Illo vivente Illyricum restitutum est.] Lege, illo vincente. ut supra: ad eadem redditæ fuerat, toto penitus orbe vincente Aureliano.

³ Axomitæ.] Exomitæ, Palatinus & editio, heic scriptum præferunt, sicut in superiore loco.

⁴ Veluti præsentem pene venerati sunt Deum.] Liber scriptus pro parte, haber, cœna. ex quo Bonus Accursius in editione sua fecerat, cœna. quod eo subnotavi, ne quis illa varietate motus vulgatam lectionem sollicitaret, quæ recte habet. nam cœne vitio scribendi

pro pâne. sic Cupienus pro Pupienus constanti errore apud Aurelium Victorem scriptum. ut contra populum pro poculum. raultis locis manu scripta exemplaria versando reperire memini.

⁵ Id quod vos existimo esse facturos.] Idque vos existimo esse facturos.

⁶ Etenim in tali genere sententiae.] Ma-le heic libri veteres, editi scriptique est enim.

GRUTERUS.

¹ Ille Vindelicis jugum barbaricæ, &c.] Pal. inde Vind.

² Illo vincente Illyricum restitutum est.] Frigidum mihi videbatur præ isto, vulgo editum, vivente. at nostrum est à Pal.

⁷ Cum iterum atque iterum mitteretur.] Et istud quoque vulgatis potius, in quibus mitterent, estque item à Pal.

⁷ Cina

s. c. quod in Taciti vita dicemus , Tacitus factus est
42 imperator. Aurelianus filiam solam reliquit, cuius
 posteri etiam nunc Romæ sunt. ¹ Aurelianus namque
 proconsul Ciliciæ , senator optimus , sui vere juris vi-
 tæque venerabilis, qui nunc in Sicilia vitam agit , ejus
 est nepos. ² Quid hoc esse dicam , tam paucos bonos
 extitisse principes , quum jam tot Cæsares fuerint ?
 Nam ab Augusto in Diocletianum Maximianumque
 principes, quæ series purpuratorum sit, ³ index publi-
 cus tenet. Sed in his optimi , ipse Augustus , ⁴ Flavius
 Vespasianus , Titus Coccejus Nerva , divus Trajanus,
 divus Adrianus , Pius & Marcus Antonini , Severus
 Afer , Alexander Mammææ , divus Claudio & divus
 Aurelianus . ⁵ Valerianus enim quum optimus fuerit,
⁶ ab omnibus infelix apparuit. ⁷ Vides quæso quam
 pauci

CASAUBONI.

⁷ Cum iterum aique iterum mitterent.]
 Pro missent. nam tempora licenter
 confundebant, ut saxe notavimus.
 sic paullo post pervenire, pro perventu-
 ros esse.

¹ Aurelianus namque proconsul Cili-
 ciæ.] Id est , qui aliquando fuit pro-
 consul Ciliciæ : jam enim non erat,
 sed in Sicilia otio , ut videtur , reddi-
 tus , vitam degebat.

² Quid hoc esse dicam , tam paucos bonos
 extitisse principes ?] Confer digres-
 sionem hanc pulcherrimam de rarita-
 te bonorum principum , cum alia simi-
 lis argumenti apud Ælium Lam-
 pridium in Alexandro Severo.

³ Index publicus tenet.] Fasti , qui
 publicis Actis continebantur.

SALMASIUS.

¹ Aurelianus namque proconsul Cili-
 ciæ.] Proconsulem dixit , qui erat Pro-
 consularis. nam proconsulares qui pro-
 consulatum gesserant ita dicebantur,
 ut consulares , qui consulatum. Am-
 mianus lib. xxviii. ideoque videre licet
 ignobilem artis tessellariæ callentem arca-
 ña , ut Catonem Porciū q̄ repulsa p̄-

turæ nec suspectam anteā nec speratam ; in-
 cedere gravitate composita mœstiore , quod
 ei in majore convivio vel confessu proconsul-
 laris quidam est antelatus. Græci δότριον
 οὐνάτων vocant. ut consulares , δότριον
 οὐνάτων . forte scribendum hoc loco,
 ex preconsul Ciliciæ.

⁶ Ab omnibus infelix apparuit.] Per-
 verse codex Palatinus : ab omnibus in-
 felicitas paruit. ab omnibus infelicem dicit,
 quem alias omnia infelicem dixisset. sic
 in titulo sepulcri Censorini apud
 Trebellium , FELIX. OMNIA. INFELI-
 CISSIMVS. IMPERATOR.

GRUTERUS.

⁴ Flavius Titus.] Prior vox addita
 favente Palatino. male antea deerat
 publicatis. nam de industriâ duobus
 nominibus unumquemque Impera-
 torem insignit auctor,

⁵ Valerianus enim cum optimus fuerit,
 ab omnibus infelix apparuit.] Arguit le-
 ctionem , ceu minus sanam Palat. in
 quo : Valerianum enim cum optimus fue-
 rit , ab omnibus infelicitas paruit. forte
 separavit ; ut ab omnibus , referatur ad
 bonis Imperatoribus. nisi potius fuit ; ab
 optimis.

¹ Ab

pauci sint principes boni, ut bene dictum sit 'à quodam
mimi-

CASAUBONUS.

6 Ab omnibus infelix apparuit.] Ab omnibus, pro ab omni parte: quomodo dixit Horatius,

— nihil est ab omni
Parte beatum.

7 Vides quæso, q.] Scribe, Vide quæso, vel Viden' q.

GRVTERVS.

7 Vides quæso.] Maluerim, Videſſ
quæſo.

SALMASIUS.

1 A quodam mimico scurra.] Mimicus scurra Vopisco, qui scurra mimarius Spartiano. mimicus etiam scurra dicitur Capitolino. ita enim legendum ibi docuimus, ubi vulgo editum, mimus scurra mimicus scurra Græcis est μιμογλόγος. Latini urbicos & urbarios etiam appellant, & exodiarios & Atellanos. et si enim non ignorem quid distent Atellanæ & mimi, recentiores tamen confundisse videntur. unde exodiarius pro mimo vel mimico scurra apud Ammianum, lib. xxviii. id enim nunc repertum est pro sonitu laudum impensiore, per applicatos homines ad loquendum, ut in omni spectaculo exodiario, venatori, aurigæ, & histrionum generi omni, & judicibus celsis, itidemque minoribus, nec non etiam matronis clametur aſidue, per te ille dicat. Juvenalis vetus interpres ad illum locum,

Urbicus exodiорum novet Atellanæ. Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret: ut quid quid lacrimarum, atque tristitia coegissent ex tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret. idem addit versum Lucillii, qui sic legendus est:

— principio dignum exodiumque sequetur.

nam exitus dignus in versum illum irreptis ex glossa. exodium enim exitum significat. unde ad exodium vitam perducere, Varroni. Festus, ad exodium, ad exitum. & male ibidem doctissimi vi- ti, qui Græcos ἔξοδον dixisse, non

ἔξοδον autumant. Latinis autem exodium dictum, ut prologium, quum idem Græci non ἔξοδον sed ἔξ- λογον dicerent. falsum hoc inquam. nam Græcis etiam ἔξοδον dicitur, pro fine alicujus rei vel exitu. Plutarch. in Crasso: εἰς τοιχῷ Φασιν ἔξοδον τὸν Βαρρονίου στρατηγὸν τελευτῆ- σαν. sic & μεθόδον & μέθοδον dixerunt sed ad rem. exodiarii olim proprie Atellani. postea vero, ut dixi pro mis vel mimicis scurris. vir incomparabilis in notis ad Manilium exodia dici putat dicteria, quæ in fine fabulae dicerentur, ut εἰσόδια, quæ in principio, & ἔμεσολα, quæ in media fabula interponerentur. horum nihil verum esse potest. nam exodia Atellanarum alia ratione dicta, nec in fine fabularum introducebantur, & res erat prorsus à fabula separata. & fallitur ille vetus Scholiastes, qui exodiarios in fine ludorum intrasse scripsit. cum illa scribebat, respiciebat ad nominis rationem. nam exodium est finis vel exitus. non minus errat vir ille, quem dixi, doctissimus, dum apud Firmicum exitum fabularum, pro exodiis, quæ in fine fabularum ponerentur, accipit. verba Firmici: cum effeminati corporis mollitie ci- nados efficiant, & qui veterum fabularum exitus in scenis sape saltantes imitantur, quis non videt Firmicum de Pantomimis loqui, qui veteres historias saltando exprimebant? nam exitus fabularum pro fabulis posuit Firmicus. at de mimiis qui poterent accipi? prorsus diccas Scaligerum ibi non esse Scaligerum: ita oblitus sui est. teste autem Firmicus pantomimos, & histriones, fabularumque veterum saltatores, cum ciñadis effeminati corporis junxit. nam illi ipsi saltatores effeminato fluxoque erant corpore, & magnam partem ciñadi. Tertullianus de pantomimis: quid quod imago Dei vestri ignominiosissimum caput, & famosum vestit? quod corpus impurum, &

Tom. II.

L1

ad

ad istam artem effeminatione productum Minervam aliquam vel Herculem representat? idem in libro de spectaculis: quid de Pantomimo qui etiam mulieribus curatur? hinc spectari licet, quam bene cinetos & pantomimos simul posuerit Firmicus, & eandem illis constellationem assignaverit. de mimis res alia est. fallitur item, cum emboliarium mulierem Plinii ab embolis dictam existimat, quæ embola esse dicit dieteria in media fabula interposita. sed embola illa nihil sunt, & ratione carent, & auctoritate. empolaria mulier Plinio, (ita enim legendum, non embolaria) est scenica vel quaestuaria. scenica enim mulieres quaestum corpore faciebant, & cuivis volenti patebant. empola autem est capture vel quaestus, ut infra declarabimus. sed verius est, emboliarium, vel emboliarium mulierem ab emboliis dictam, quorum mentio apud Cicero rem pro Sextio & epistolis ad Atticum. alibi ostendemus ἐπεσόδια & ἔμβολια eadem fuisse in rebus scenicis. non parum etiam errat idem vir magnus in eo quod mimos cantores appellatos fuisse vult, & ita Horatium interpretatur:

— donec cantor, vos plaudito, dicat.
sed neque mimi cantores, neque cantica mimorum unquam lecta aut audita. mimologorum proprium est dicere. unde dicta mimorum. hinc σιχολόγια, μιμολόγια, δρασιολόγια, βιολόγια, ιθολόγια, δρεσαλόγια, τοδρεδολόγια, νεανιολόγια, & αμαλόγια, diversæ mimorum appellatio-nes. at tragœdorum canere, & cantare propria res. & cantor Horatio est tragœdiarum actor, vel comœdiarum. unde tragicus cantor Prudensio: & cantare fabulam dicebatur tragœdus, cum agebat fabulam. atque inde recentiores Graci παιγνίδες pro canere. & παιγνίδες γυναι in epigrammatis Graci lemmate, musicaria mulier dicitur. animadverendum etiam peccatum non leve, ejusdem viri omnia eruditus, qui dieteria, quo nomine Graecæ originis, Latini

jocos & scommata appellant, putat ex Graco δικτήσιον esse traductum. & δικτήσιον exponit, quasi δειγμα quoddam vel experimentum quod à mimis scenam ingredientibus daretur. longe verius dieteria esse δικτήσιον, mordax nempe, & acutum salsumque dictum. δικέθυνα vocat lepidissimus Anacreon, τὰ δικτήσια.

Ἐπεκρύψειν ἡ παιδεία
Ἄπιλάτεροι Δανάεις
Δικέθυνοι μητέ λέγοντες
Διὰ τὸς καλαῖς ἐνεβαῖς.

δικέθυνοι, inquam, sunt δικτήσια vel δικτήσιοι λόγοι. Latini dieteria dixerunt, cum decteria deberent. sic *colephia*, pro *colephia*. nam Græce sunt καληπτικα, ut nos primi indicavimus. sic *diatrita*, & *diatritaria* in veteribus libris, pro *diatretis* & *diatretarii*. exodiarii igitur, urbicarii, mimici scurra, & urbici, idem. quare dicta exodia Atellanarum, in alio dicimus opere. Glossæ: *Atellani*, συλωνιγι, δρασιολόγια, βιολόγια. cur δρασιολόγια Atellanos vocet explicabit Livius his verbis: postquam lege haec fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juventus histriobus fabellarum actum relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare coepit, quæ inde exodia postea appellata, consertaque fabelli potissimum Atellanis sunt. illa, more antiquo, τας δρασιολόγιας exponunt. de quo more antiquo videndus idem auctor, initio libri septimi. Donatus Atellanae salibus, & jocis composite, quæ in se non habent nisi vetustam elegantiam. hinc δρασιολόγια, Atellani. βιολόγια etiam dicti, quod sententias ad vitam utiles jactarent isti mimici scurra, ut videre est in iis sententiis quæ supersunt ex mimis Publili Syri, & Laberii. hinc dicebantur etiam ιθολόγια. Hesych. ιθολόγιον, θεωτιστικόν. ubi ιθολόγιον magnus perperam accipit pro philosopho ad ravim usque in mores vel de moribus declamante in theatris. sed ad Suetonium ipsum plura de illis

mimico scurra Claudi, hujus temporibus, *In uno anulo bonos principes posse perscribi atque depingi.* At contra, quæ series malorum? ut enim omittamus Vitellios, Caligulas & Nerones, quis ferat Maximinos & Philippos, atque illam inconditæ multitudinis fœcem? Tametsi Decios excerpere debeam, quorum & vita & mors veteribus comparanda est. Et quæritur quidem 43 quæ res malos principes faciat: 'Jam primum, mi amice, licen-

istis biologis, ethologis & aretalogis si Deus dederit, in medium producemus, de quibus nondum quisquam dixit aliquid, aut docuit. dicendum tamen etiam in transitu, mimicos istos scurras rasos fuisse, ut magis deridiculo essent spectatoribus. Tertullianus de spectaculis: *placebit & ille qui vultus suos novacula mutat infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno & Isidi, & Libero proximam facere, insuper contumeliis alparum sic objicit, quasi de præcepto Domini ludat.* nam de mimorum alapis res notissima. Nonius: *calvitur dictum est frustratur. tractum à calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui. caput & faciem videntur rassisse mimi, vel mimici, ut ridiculiores essent. per calvos enim mimicos, ne quis erret, mimicos raso capite intelligit.* Nonius, non eos qui naturaliter calvi essent. sic libro de doctorum indagine libertos calvos vocat, qui capite raso erant: qui liberi fiebant, ea causa calvi erant, quod tempore statim servitutis vidabantur effugere, ut naufragio liberati solent.

A quodam mimico scurra Claudi, hujus temporibus.] Vitiosa manifeste distinctio. neque enim magis mimicus scurra Claudi, quam pantomimus, quam auriga, & similes, qui populo voluptates præbebant. deinde quis erit ille cuius temporibus hæc dixisse mimicum scurram scribit? igitur distinguendum: *ut bene dictum sit à quodam mimico scurra, Claudi hujus temporibus.* ut mimicus scurra sententiam illam dixerit, Claudi temporibus;

bus; bonos nempe omnes principes in annulo posse describi. quæ sententia versu videtur esse expressa à mi-

mologo:

In anulo uno principes possunt boni Scribi atque pingi. sic in vita Maximinorum mimus in theatro Græcos versus pronuntiat, quem & mimicum scurram ibidem appellat Capitolinus ex nostra correptione, atque inde monostichi mimi dicti, quod singulis versibus sententias & γνώμας enuntiarent. Glossæ Isidori: *monostichus, mimus.* μικρός etiam dicebantur. Glossæ veteres: *palliati,* μικρός. ita enim lego, & de mimis accipio. quare palliati docet Diomedes, de planipede vel mimo: *si quas tamen ex fœcis fabulas fecerant, palliati pronunciantur.* βιολός autem & ηθολός etiam vocati, quod sententias ad vitam utiles dicerent in theatro. sed hæc alibi pluribus.

GRVTERVS.

I [Jam primum, nimia licentia.] Pa-
lat. jam primum, mi amice, licentia. non
male. prætulerim tamen alterum.

SALMASIUS.

I [Jam primum nimia licentia.] Dixa-
mus superius veteres libros heic ha-
bere: *jam primum mi amice licentia.* nec
aliter vetus & prima editio, quam
beneficio optimi doctissimique Jure-
ti naſti sumus. ad amicum enim
scripsit hunc libellum Vopiscus, cuius
amicci nomen initio hujus vita cor-

L 2 ruptum

licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, satellites detestandi, eunuchi avarissimi, aulici vel stulti vel detestabiles, & (quod negari non potest) rerum publicarum ignorantia. Sed ego à patre meo audivi, ¹ Diocletianum principem, jam privatum, dixisse nihil esse difficilius quam bene imperare. Colligunt se quatuor vel quinque, ² atque unum consilium ad decipiendum imperatorem capiunt: dicunt quid probandum sit. ³ Imperator, qui domi clausus est, vera non novit: cogitur hoc tantum scire quod illi loquuntur: facit judices quos fieri non oportet, amovet à Republica quos debebat obtainere. Quid multa? ut Diocletianus ipse dicebat, *Bonus, cautus, optimus vendit imperator.* Hæc Diocletiani verba sunt, quæ idcirco inserui, ut prudenter tua sciret nihil esse difficilius bono principe. Et Aurelianum quidem multi neque inter bonos, neque inter malos principes ponunt, ⁴ idcirco ⁵ quod ei clementia, imperatorum dos prima, defuerit. Verconius Herennianus præfectus prætorio Diocletiani, teste Asclepiodoto, saepe dicebat, Diocletianum frequenter

dixi-
ruptum ope membranarum restituimus. vera igitur lectio, mi amice. quod manifesto arguunt verba, quæ sequuntur paulo post: hæc Diocletiani verba sunt, quæ idcirco inserui, ut prudenter tua sciret nihil esse difficilius bono principe. nam ad amicum hæc loquitur.

CASAUBONUS.

¹ Diocletianum principem jam privatum.] Post depositam purpuram, cum Salonis viveret. Tum enim rogatus ab Hercilio atque Galerio, ut imperium reciperet, tanquam pestem detestatus est, inquit Victor. multa tum de felicitate sua & infelicitate principum dixit Diocletianus: quæ referuntur ex parte ab historicis. eo videatur hoc referendum.

² Atque unum consilium ad decipendum imperatorem capiunt.] Malim, und.

³ Imperator qui domi clausus est, vera

non novit.] Lampridius in simili disputatione, de malis principum consiliariis loquens: *claudentes principem suum, & agentes ante omnia, nequid sciat.*

SALMASIUS.

⁴ Idecirco quod ei clementia imperatorum, dos prima, defuerit.] Carent voce dos libri scripti. clementiam vocat imperatorum primam, quæ virtus est omnium virtutum prima & præcipua in principe. deest fortasse nomen virtus. potest tamen & subaudiri. nam cum clementia sit virtus, dicendo clementiam imperatorum esse primam, facile subintelligis virtutem.

GRUTERVS.

⁵ Quod ei clementia, Imperatorum dos prima, defuerit.] Vocabula dos, non est in Palat. quæ si non etiam est auctoris, tunc subintelligitur, virtus, aut aliquid simile,

x. Cum

dixisse, ¹ quum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum magis ducem esse debuisse quam principem. Nam ejus nimia ferocitas eidem dispicebat. Mirabile fortasse videtur, quod compertum Diocletiano Asclepiodotus Celsino consiliario suo dixisse perhibet. sed de hoc posteri judicabunt. Dicebat enim, quodam tempore Aurelianum ² Gallicanas consuluisse ³ Druidas, sciscitantem utrum apud ejus posteros imperium permaneret: ⁴ tum illas respondisse dixit, Nullius clarius

CASAUBONUS.

¹ Cum Maximiani asperitatem reprehenderet.] Hic est Maximianus Herculeius, de cuius saevitia in Actis sanctorum martyrum leguntur multa. Eutropius: *Herculeius propalam ferus & incivilis ingenii, asperitatem suam etiam vultus horrore significans. Hic naturae sue indulgens Diocletiano in omnibus est severioribus consiliis obsecutus.* ad verbum ista interpretatus est eruditus quidam scriptor, cuius fragmenta hodieque apud Suidam superflunt. Locum adscribam animi gratia: juvat enim Latina bona cum bonis Græcis compонere: simul ut cognoscant studiosi quanto hujus versio melior ac fidelior fuerit Pæaniana. sic ille: Ε'ργασία παντὸς αεργαλύμηνος, ἄχριος τὸ λόγον τυραννίης. τὸ δὲ οἰκεῖος γνώμην τραχὺ τὸ καλεωθηκέναι τὸ γεωπτὸν θραγδηλῶν. τὴν γενεῖαν τὸν πανταπάντινον τὸν Διοκλητιανὸν τρέψαντας αὐτὸν τὸν τοποῦ σκληρὸν βάλειν τοιούτοις τὸν παργραφὸν καθίσαντα.

² Gallicanas consuluisse Druidas s.] Erant in Galliis fatidicas quædam mulieres, quarum non raro in his scriptoribus mentio: has vocabant Druidas, communi cum viris illis nomine, de quibus tam multa veteres. Sed in Alexandro Severo, & infra in Numeriano, *Druias* scriptum, non *Druis*. Scripti & veteres editi exhibent hic, *Druas*, & statim *Dryadibus*. ut videatur scribendum, *Druias* & *Druiadibus*. in

Numeriano tamen est, *Druidibus*. sed & eo loco aliter veteres.

SALMASIUS.

² Gallicanas consuluisse Druidas.] Dryadas Gallicanas libri veteres nobis semper exhibent. & paulo post: cuius puto posteros ad eam gloriam, que à Dryadibus prænuntiata sunt, pervenire. unde unde nomen naçtæ sint istæ Dryades Gallicanæ, Dryadas eas melius appellari censem, quam *Druidas* vel *Druidas*. nam sive à Druidis dicantur, & eo nomine Druidarum foeminae accipiuntur, constat recte Dryadas appellari. Δρυΐδης enim Græcum de viro: foeminum vero non aliud queat esse quam ὅρνις aut ὅρνις. atque inde nostræ Dryades, cognomines nymphis lucorum. sive mulieres quædam fatidicas sic appellatas fuissent credamus à lucis & sylvis in quibus plurimum versabantur, quæ nihil commune cum Druidis haberent, rectum hoc illis erit nomen *Dryades*. in lucis enim & sylvis frequentes vaticinæ mulieres, & sortilegæ sagæque & incantatrices. atque inde fortasse nomen quæsivere istæ Gallicanæ Dryades. si quis tamen eas Druidarum uxores velit fuisse, & vaticinandi scientiam tenuisse, non ego nolim, quod ille vult, dum Dryadas illas dici posse non abnuat, ut sine varietate semper eas nominant libri scripti.

GRATERVS.

³ Druidas.] Palat. *Dryadas*.

⁴ Tum illas respondisse dixit.] Palat. cum,

rius in Republica nomen quam Claudi posterorum futurum. Et est quidem jam Constantius imperator ejusdem vir sanguinis, cuius puto posteros ad eam gloriam quæ à Druidibus prænuntiata sit, pervenire. Quod idcirco ego ⁴⁵ in Aureliani vita constitui, quia hæc ipsi Aureliano consulenti responsa sunt. ² Vectigal ex

SALMASIUS.

¹ In Aureliani vita constitui.] Id est, posui, scripsi. sic Græce οὐλαζεῖσιν & οὐλαττεῖσιν usurpant, ut nos alibi observamus. sic constituere pro collare. Vopiscus supra: *in templo Solis multum auri gemmarumque constituit.*

CASAUBONIUS.

² Vectigal ex Aegypto urbi Roma Aurelianus vitri, chartæ, lini, stupæ, atque anabolicas species eternas constituit.] Solebant imperatores civitatibus vectigalia deputare ad proprias fabricas aut alios usus: ut de Alexandro Severo narrat Lampridius. Roma autem tempestate illa, postquam principes, non ut Augustus partem provinciarum, sed omnes sibi vindicarunt, & simul ærarium populo ademerunt, non multo meliore loco erat quam reliquæ civitates. Tunc illi à principibus vectigal assignatum, & illa arca publica instituta, quam supra dicebamus in ærarii locum successisse. porro inter Alexandrinas merces solita deferri quæ hic nominantur vitrum, chartas, linum, stupas, testatur & M. Tullius in oratione pro Rabirio Posthumo, atque alii è veteribus. propterea grammatici Αἰγυπτίων ἐμπολῶν apud Euripidem recte interpretati sunt, τὸ ρῶπον. sic Græci vocant minutæ merces, & ut ipsi dicunt, τὰ λεπτὰ φόρου. Scribendum autem, ut pridem monuit Hadrianus Turnebus, embolicas species, non anabolicas. quam ridiculam vocem sunt commenti qui invenerant scriptum anabolicas. sed aliter emendare debuerant. nam qui tuerunt vulgatam lectionem

tum hoc loco, tum in Codice, totius Hellenismi se esse rudes atque imperitos produnt. Legant isti quantum est Græcarum legum aut constitucionum; si locum unicum reperiant, ubi sacra embola quæ dicitur in Codice, aliter quam ἐμβολὴ nuncupetur, sunt per nos quamvis magni Aristatchi. Embolam autem sacram appellant certum frumenti modum, quem necessario Romæ subministrabat Aegyptus. non hoc primus instituit Aurelianus, sed ipse, ut videtur, Augustus. ab ejus enim temporibus frequens apud veteres scriptores Alexandrinæ classis mentio. sed post Augustum multi principes circa hanc classem aliquid innovarunt. Et videatur Aurelianus frumentis Aegyptiacis alias species adiecisse, quæ pars embolæ sacræ censerentur: sed hoc postea puto mutatum. nam sacram embolam Græci jurisconsulti nominant, τὰ αἰσιαὶ ἐμβολῆς σῖτον.

SALMASIUS.

² Vectigal ex Aegypto urbi Roma, vitri, chartæ, lini, stupæ.] Palatinus, vitrei pro vitri. chartam, linum, stupam, vitrum, & alia ejusmodi ρῶπιν. Αἰγυπτίων ἐμπολῶν vocabant veteres. Hesychius: Αἰγυπτία ἐμπολὴ ὁ ρῶπιν η τὰ ἀκεῖθεν Φορτία, οἱ Εὐρυπίδης. ρῶπιν enim & ρῶπιν, Græcis dicuntur ejusmodi minutæ variæque merces, quales ex Aegypto advehabantur, ut unguenta, colores, vitrea, & similia. idem Hesychius, ρῶπιν, λεπτὰς η ποικιλῶν φόροις. & alibi: λεπτὸς ρῶπιν ηγγάνο φόρος, μετραῖς, χραιμαῖς, δοσὶ ζωγράφοις, μυρε-

DIVUS AURELIANUS. 535

ex Ægypto urbi Romæ Aurelianus vitri, chartæ, lini,
stupæ,

μυρεψοῖς, βαφεῦσι χρηστιμόνι. idem
ibidem : ρωποπάλης, μυρεψαλης.
Philostratus in vitis Sophistarum de
mercibus Ægypti: ἡ φούλα ἐπὶ τῷ κῆ
πτῷ Αἰγύπτῳ λιθανάτης, ἐλέφας, μύ-
ρη, βύβλος, βιβλία, καὶ πάντας οὐ-
ταδεῖς αἴρεσθαι. omnem igitur ejus-
modi αἴρεσθαι, Αἰγυπτίαν ἐμπολήν
vocavit Euripides. quam recte ρῶπον
exposuit Hesychius, quo nomine va-
rietatem & minutiam mercium Græ-
ci intelligunt. γέλυτης etiam pro eo-
dem dixerunt. Hesychius: γέλυτης
ρῶπος καὶ βάρυματα καὶ ἀπεκαντή καὶ
κτένες. idem alio loco γέλυτης inter-
pretatur καλάρια. ubi legendum κα-
ρχίλια vel καρχίδια. sunt autem κα-
ρχίδια, quæ alio nomine γρεγόρ-
μια vocantur, pupæ scilicet, & ima-
gunculae, puellarum ludibriæ. idem
Grammaticus: γέλυτα, καρχίδια.
lege, γέλυτα. alibi γέλυτα, πάντα
καθάπτα, καρχίδια, sic enim emendan-
dum. ita accipienda καρχίλια apud
Lucianum in apologia: παρίχειν εἰσ-
τὸν ἔλκεας καὶ φέρεας καθαπτέεις
κλοιαῖς. Ήντι χενσῷ τὸν αὐχένα δεθέντα,
οἷς ἐπὶ τὸν φάσιλαν ταλασσινὰ πέσθε-
ται καρχίλια. quam vocem a-
pud Lucianum minime quid vellet,
assequuti sunt etiam in his litteris
doctissimi viri, & in ipsa Græcia nati.
pupæ igitur, & imagunculae puella-
rum inter varias istas minutarumque
merces, quas qui vendebant ρῶπο-
παλαι. & γελιοπάλαι Græcis, atque
etiam παντόπαλαι dicti, quod omne
genus merces promercales haberent.
Latini seplastarios dixerunt. vetus
Glossarium: seplassarius, παντόπαλης.
ita enim ibi scriptum, quomodo & a-
pud Vegetum, de re veterinaria lib.
III. panacem à seplassariis comparas. nec
enim seplastarii sunt, qui unguenta
tantum vendunt, sed qui mercium
omne genus minutarum, ut chartam,
linum, stupam, candelas, unguenta,

colores, & alia id genus sexcenta, quæ
ρῶπον & ρωπηνὶ Græci appellant, &
λεπτὲ Lucillius miſtirem vel miſti-
lem mercem.

Pulmentaria ut intybus, aut aliqua id ge-
nus herba,
Et jus menarum. bene habet se, miſtiris
haec est

Merx.

merx miſtiris vel miſtilis, οἱ ρῶποι.
panperculam interpretatur Nonius,
haud omnino male. nam ρωπηνὶ, &
δενός ἀξιος καὶ δύτελες etiam Græ-
ci exponunt. minutam & variam
mercem γεύτης vocavit Arrianus in
maris Erythræi periplo: quam vocem
temere mutavit grandis ille com-
ment. consarcinator verba Arr. ὁλο-
τελῶς ἢ τὰ εἰς γλωσσοκομεῖα ἐπινο-
διαὶ ἐπινοτὴν ἡντι γεύτης κατερέμ-
νε). ille quem dixi edendum curavit,
καὶ εἰς τοιαύτην ἡντι χρῆσιν. at γεύτης
appellat Arrianus minuta id genus
vascella, ut sunt catilli, arculæ, capsu-
lae, & similia, Latini scruta appellant.
omnia enim minuta γεύτης Græci
dicunt. sic minutos pisciculos, quos
vulgo minutiam appellamus, ipsi γεύ-
της vocant. titulus est apud Cassia-
num Bassum in Geoponicis de escæ
compositione, ταῦτα ποταμίαν γεύ-
της. ibidem, πάντα λεπτὴν γεύτης
ελέσσε). sic & γεύτης dixerit τὰ
λεπτὲ, σκεῦλα & τὰ λεπτὰ φόρεα.
quem παρεμπόρους & παρενθηκού-
etiam dixerit. Hesychius: μετει-
νει) Δέπο τὸ παρεργαζόμενον ἐντα λε-
πτὲ. ή δέπο τὸ ταλαιπωρίων. παρει-
νειαὶ γδὲ καθφαλέπο τὰ καμίνων. τοῖς
γδὲ πίθοις πινακίσκοι παρενθηκούται
εἰ λεπτὲ. atque ejusmodi sunt quæ
γεύτης vocabat Arrianus, si per eū
enarratorem licuisset. atque haec sa-
tis ad Αἰγυπτίαν ἐμπολήν & miscel-
las merces, quæ ex Ægypto adveh-
bantur.

L 1 4

I Atque

stupæ, atque anabolicas species æternas constituit.

Ther-

GRUTERVS.

^I Atque anabolicas species et. const.] Haud aliter Palatinus noster. sed forte pedibus eundum in Turnebi sententiam, reponentis embolicas species. ejusque opinionem egregie firmat illud Plini lib. vii. cap. 48. Naturalis Historia: Galerea Capiole Emboliaria reducta est in scenam, Cnao Pompejo, Quinto Sulpicio Consulibus, ludis pro salute Divi Augusti votivis, annunt centesimum quartum agens, &c. videlicet tamen lector, quam non frivole propugnet vulgata noster Jac. Nicolaus Loensis lib. xv. Epiphilidum cap. 27.

SALMASIUS.

^I Atque anabolicas species æternas constituit.] Hæc est lectio quam non variante scriptura veteres libri cum scripti, tum editi constanter adserant. nec commentum est correctorum, ut suspicantur doctissimi viri. tantum librorum consensum non insuper habendum esse semper existimavi, in ea præferrim voce quæ cadere non potuit in mentem correctorum. qua enim ratione moti anabolicas pro embolicas reposuissent? an quod illud isto notius? nugæ. contra enim est. videamus igitur an hoc loco stabilire possimus vocem anabolicas, quam tanta cum judicii securitate cerratim dominant docti in his litteris viri. ἀναβολὴ & ἐμβολὴ ejusdem sunt significacionis nomina. utroque enim significatur, onus navis. & de embola quidem magis certum, quia magis protritum est. anabola autem minus frequenter in ea significatione occurrit. minime tamen dubium est, quin idem significet. ἐμβόλειν est imponere in navem. idem & ἀναβόλειν. unde & ἀναβάλλειν, in equum imponere. quod munus qui exhibent, ἀναβολέis dicti. Latini fratres eos vocant. ἀναβάλλειν, sternere, & ἀναβολὴ, stratura. Glossa:

ab, à, stratura, διπός ἡ ἀναβολὴς. sternere etiam pro onerare positum legitur. ut sternere mulum aut asinum est quod Græcis ἐποστέλλειν vel ἀπομητίζειν. Latini etiam sagmari dixerunt: & sagma pro sarcina jumenti, ut & stratum. Hesychius: ἀπογράψειν, τὸ ἐποστέλλειν ὄρον. hinc δεσπάλα vel ἀδεσπάλα vel ἀλαράπα, vel pro impedimentis & sarcinis recentiores Græci usurparunt. de qua voce nos alibi. ἀναβάλλειν igitur, & ἐμβάλλειν idem: & ἀναβολὴ, & ἐμβολὴ. sic ἀναβολὴ & ἐμβολὴ. nam ἀναβολὴ φορτίον est onus imponere, ut & ἐντίθεσθαι. unde εὐάγκη idem quod ἐμβολὴ, navis nempe φορτίον, & onus. Hesychius: ἐμβολεῖ, πληθύνει, ὅρμη, εὐθύκεια, διπόθετον χρῆμα. ἀναβάλλειν est in navem merces imponere. Hesychius: κινέσθαι, ἐμβολεῖ, οἰστίνειν καθίσθαι ἢ τὸ στον ἀναβάλλειν οἱ ναυῆντες, η μέτσον. coplinum quo frumentum nautæ in naves imponebant ἐμβολέα vocat, quem & ἀναβολέα dicere liceat. nam & verbo ἀναβάλλειν in eadem re utitur pro ἐμβάλλειν. sic ἀναβολέis dicuntur stratores, qui dominos suos equis imponunt. sic ἀναβληθῆναι εἰς ζυγόν, in lancem imponi apud Athenæum. adeo verum est ἀναβάλλειν esse onus imponere vel onerare, ut etiam eleganti tralatione de bibulis dicatur, qui celocem onerant & vino se implent. Glossæ: bibula, ποταὶ η ἀναβάλλειν. inde celocem onerare pro inebriare sese, apud Comicum.

Unde onus tam celocem agere te prædicem
ps. cum tuo filio

Perporavi modo.

hinc ἀναβάλλειν mulier, quæ celocem libenter suburrat, bibula nemp & multibiba. anabolica igitur, & embolica species, eadem sunt. non omittam interim castigare gravissimum errorem viri undequaque doctissimi,

qui

qui embolem jurisconsultorum, non embolem dici debere, sed embolem multis probare conatus est, ad Eusebium. ita & empolicas species, non embolicas dicens affirmavit. in hac enim voce έμβολη, βάτη pro πι vitiosa scribendi consuetudine esse positum. ut ἀμβλάνης pro ἀμβλάκης scriptum à Theodotione fuisse notat D. Hieronymus. ergo cum β pro π pronunciasent, hinc factum ut embole pro embole diceretur, cuius incomparabilis viri sententiam videtur adjuvare, quod in veteribus Glossis ita scriptum inveni. έμβολή, captura. & paulo post: έμπολή, captura. ubi έμβολή, & έμπολή, eamdem facit auctor illius Glossariorum. non ideo tamen minus falsum est, έμβολή esse dictam pro έμπολήν. nam έμπολή & έμβολή duo sunt diversa vocabula, quæ etiā aliquando pro eodem accipiuntur, diversæ tamen sunt significatio- nis & originis. έμβολή, ut dixi, proprie dicitur quidquid eis ναῦν έμ- βολεῖται. onus navis, & sarcina vel merx. nam έμβάλλεται est navem onerare, vel, ut veteres loquebantur, in navem merces onerare. sic Virgilii vina onerare dixit, pro in navem imponere, illo versu:

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat A-
cestes.

sic Cato apud Nonium dixit, onerare commeatum in naves. Orig. lib. 11. si indu navis putidas atque sentinas commeatum onerare solebant. hinc explicandus locus Comici, qui exercitos habuit haec tenus eruditissimos Criticos:

Ubi manum injicit benigne, ibi onerat ali-
quam zāmiam.
onerare enim zamiam, sic dictum est, ut onerare vina, onerare commeatum in naves. neque est hypallage, ut vulgo sibi persuadent. neque legendum, onerat zāmiam. onerare zāmiam, est impo-
nere & inferre zamiam, hoc est ja-
cturam. nam onerare est ἐπιφορτίζειν
ἢ έμβαλλειν, & onus έμβολή. Atria-
nus in periplo maris Erythraei: ηρξ
μετ' αὐτές ὄρμες διπόδειγμάθησαν, &

συχαλίτε λιβάνις τεσσεράκις έμβολη,
Μέχα λιμενὶ λεγέρημα. id est, τεσ-
σεράκις συχαλίτε λιβάνις. sequitur
paulo post: ἐπειδὴ λάθεσσα, κατε φα-
νεράς χωρὶς βασιλικῆς δόσεως εἰς
τολοῖον έμβλημα διώσαται. καὶ
χρύσον περιηργηταὶ δινατται τὸν το-
τολοῖον λόπον λιμένα, διχα δαιμόνα.
sic enim ibi emendandum, ut pluri-
bus dicemus in commentario nostro
ad illum periplum, cum & alterum
eiusdem Arriani Mæotidis periplum
nondum editum publici juris facie-
mus. έμβλημα & έμβολη de
mercibus dixit quæ in naves impo-
nuntur. hinc sacra embole in Codice,
est onus navium Alexandrinarum.
id quod infertur nempe, & imponi-
tur in naves Alexandrinas. Petronius:
ego cum Gytone quidquid erat, inlatum
compono, & adoratis sideribus, intro-
navigium. inlatum id est έμβλημα. ho-
die legitur apud Petronium, in altum.
vitiose. εὐθύνη vocat Hesychius, ut
supra notavimus. optimæ Glossæ:
merces, μιθός, εὐθύη, καὶ πειρα-
τεῖα. merces mercedis est μιθός. sed hæ
merces, est εὐθύη. ita accipiendo ille
locus. εὐθύη, & έμβολή idem, atque
etiam άναβολή. έμπολή vero res di-
versa est. etiā non nesciam aliquando
έμπολη sumi pro merce, vel onere
navis. unde Αἰγαπτία έμπολή Euripi-
di, de mercibus Alexandrinis vel
Ægyptiacis. immo έμπολή proprie
merx est & έμπολη mercari, & nun-
dinari. nam έμπολη, sunt nundinæ.
hinc emendanda & exponenda lex,
cum societas. D. proficio. quæ præstan-
tissimos hujus aetatis jurisconsultos
pæne ad incitas redigit, dum quæ-
runt quæ sint nundinaria epulæ, quas
solvere teneatur is qui societatem
cum aliquo ad emendum sic coierit,
ut ipse nundinas & epulas præstaret,
reliqui ad negotium irent. verba Ul-
piani: cum societas ad emendum coiretur,
& conveniet, ut unus reliquis nundinas
id est epulas præstaret, eosque à negotio di-
mitteret: se as is non solverit, & pro socio,

L 15 C ex

Thermas in Transtiberina regione Aurelianus facere paravit hyemales, quod aquæ frigidioris copia illic deef-

*E*x vendito cum eo agendum est. verba illa, nundinas id est epulas, negotium faccesserunt omnibus juriscons. qui legem illam explicare sunt conati, qui tamen irrito conatu usque adhuc recesserunt. tantulum mendum tantas tenebras offuderat illi loco. nam legendum erat: nundinas, id est empulas. empula, sunt ἐμπολαῖ. ne cui autem mirum videatur illo loci Ulpianum Latinam vocem per Græcam expondere, sciat eumdem jurisconsultum alio loco sic usum esse, ut diceret, ratiunculas, id est λοζαειδεια. sic hoc loco nundinas, id est empulas vel ἐμπολαῖ, coita igitur societate ad emendum, sic convenit ut unus nundinas vel empulas præstaret, hoc est pecuniam ad emendum, reliqui vero ad negotium proficiscerentur. profecti sunt: ille nundinas non præstit. tenerur pro socio, & ex vendito. legendum autem apud Ulpianum: eosque ad negotium dimitteret. perperam in Florentinis, eosque à negotio dimitteret. quod nullum bonum sensum efficit: immo contra mentem est Ulpiani. sic plerumque societas contrahebatur, ut alter pecuniam ad emendas merces conferret, alter vero in negotium iret. nam ut eodem titulo notat idem jurisconsultus leg. si non fuerint, plerumque tanta est industria socii ut plus societati conferat, quam pecunia. item si solus naviget, & peregrinetur, & terra marique subeunda pericula subeat. nundinas igitur is præstare dicitur ex sociis qui pecuniam ad emendum vel nundinandum præstat. ἐμπολᾶν est, emere. ἐμπολῶν etiam Græci interpretantur, τὸ ἐν τῷ παγαματεῖος κέρδος. sed hoc sensu accipi non debet in illa lege. vetus interpres Terentii, nundinas concilium exponit, unde conciliare pro emere. Comicus, male conciliate. ibi Euphrapius: male empte. nam con-

cilium nundinas dicimus. sic nos eam legem, & legendam & intelligendam esse nunc primum docemus, in qua interpretanda magni jurisconsulti haec tenus operam luserunt.

CASAUBONI.

I Quod aquæ frigidioris copia illic deff. Non frigidioris, sed frigidi aëris scriptum in omnibus libris & antiquitus editis, & manu exaratis. Josephus Scaliger ex eo emendat, quod aquæ frigidariis copia illic effet. Frigidarium, inquit, ut tepidarium.

GRUTERVS.

I Quod aquæ frigidioris copia.] Palat. quoque, quid aqua frigidi aëris. ut nihil sit certius emendatione Scaligiana, quod aquæ frigidariis copia illic effet.

SALMASIUS.

I Quod aquæ frigidioris copia illic deff. Neque heic librorum consensum spernere potui, qui omnes habent: quod aquæ frigidi aëris copia illic deff. aquam frigidi aëris appellat, aquam frigidam. nam aqua frigida aërem ex se frigidum remittit, ut calida calidum. hinc aërem balneorum Græci vocant, qui ex aqua remittitur, prout est temperata, modo tepidum, modo calidum. & ad illum aërem balneorum calfaciebant se, quibus domi foci parandi non erat copia. Aristophanes:

εἰς τὸ βαλανεῖον τέχει
Ἐπειτὸν οὐκ οὐρφαῖον ἐσηκώσθει
Κάρυο γδὲ εἴχει τὴν ταῖς ταῦτα
ποτέ.
Schol. λέγειν ὅτι οἱ πολλοὶ ἑλαπέστ
τὰς αἵρεσας τὰς λατεῖας, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸν
ἕλκουστε. Alexander Trallianus lib. II.
ἐπὶ γδὲ τοιάτων εἰς ἀρχαῖας λα-
τεῖας, εἰς ἑλάψεις, αἷλας καὶ ὠφελίστις τὰ
μέριστα. ταῦτα τὸ μέλλειν εἰς τὰς αἵρε-

deesset. Forum nominis sui in Hostiensi ad mare fundare coepit. In quo postea prætorium publicum constitutum est. Amicos suos honeste ditavit & modice, ut miseras paupertatis effugerent, & divitarum invidiā patrimonii moderatione vitarent. Vestem holose-

Ἐργαζόμενοι εἰσίνεις, συμφέρεται τοῖς πόδας.
διὰς ψυχεῖς απορίαινειν τὰς πόδας.
& paulo post: εἰς δὲ χεὶς καὶ τὸ αἴ-
ρα ἐλαττεῖς οὐκαράγε. aquæ calidæ,
calidum aërem emittunt, & frigidæ
frigidum. inde aqua frigidi aëris,
pro frigida. ideo autem Aurelianus
thermas hyemales in Transiberina
regione faciendas curavit, quod illic
aqua frigidæ copia non esset. corre-
ctiones & conjecturas doctissimo-
rum virorum prorsus heic non ad-
mittimus: minus enim probables
sunt.

I Vestem holosericam, neque ipse in ve-
stiarioribus habuit. Notum est ex Spartiano
Heliogabalum primum holosericam
vestem usum esse, cum antea subseri-
cæ tantum in usu essent. itaque quo-
ties apud auctores ante Heliogabali
tempora, habetur mentio sericarum
vestium, semper de subsericis intelli-
gendum est. post Heliogabalum ve-
ro passim serica pro holosericis di-
cuntur. unde serica texta, serica scru-
lata, & serica varii coloris in Cod. Th.
sunt holosericæ vestes. subsericarum
autem alia erant trama serica, stam-
ine lineo, quæ transsericæ dicebantur:
alia vero, quarum stamen sericum,
trama de lino erat; & hæ sunt quæ
proprie subsericæ dici debent, quæ
subtextum haberent sericum: nam
subtexti dicebatur stamen. idem de se-
rico non dissimulandum est, minus
rectam institutam differentiam à do-
ctissimis viris inter sericum, & bom-
bycinum. quæ nulla alia re distant,
quam gentis ratione. præstantissi-
mum enim apud Seres provenit, &
natur bombycinum, quod inde Se-
ricum appellatum est, νερ' ἔξοχος.
nec meus hic sermo est, sed omnium

auctorum, quos non consuluisse mi-
ror doctum Lipsium, quum sericum
& bombycinum tanto paratu distin-
gueret apud Tacitum suum. scio qui-
dem veteres auctores lanuginem syl-
varum appellasse sericum: sed sciant
tirones lanuginem illam, vernum
quos Græci bombyces vocant, fuisse
opus. quod multis auctorum locis
comprobavimus ad Tertulliani pal-
lium: idque nos heic minime repe-
tendum ducimus. nunc addam Ser-
vii locum, ad illum Virgilii versum,
Velleraque ut foliis depeclant tenuia Se-
res.

apud Indos & Seres, inquit, sunt quidam
in arboribus vermes, & bombyces appellan-
tur, qui in aranearum morem tenuissima filæ
deducunt. unde est sericum: nam lanaria
arboream non possumus accipere. doce-
mus etiam ibi quando primum in
Græciam & Italiam genus istud ver-
num, qui sericum vel bombycinum
liquant, investitum sit. inde est quod
apud recentiores paulo, vel mediis a-
vi scriptores, nusquam aut raro men-
tionem bombycini vel bombycinum
vestium reperi, sed sericarum
tantum: quippe qui sericum & bom-
bycinum non distinguerent. nimis
etiam illud delicatum & subtile dis-
crimen interpretationis apud Juve-
nalem, ut iste quidem versus,

*Acer & indomitus libertatisque magister
Cretice pelluces.* —

capiatur de veste serica. nam cur non
etiam de bombycina? idem poëta a
lio loco:

*Quarum delicias etiam bombycinus urit
Panniculus.* —

immo vero bombycina & serica ve-
stis eadem. quod alibi probamus
pluribus. nam bombycina quidem
pri-

lofericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit. 'Et quum ab eo uxor sua peteret,

ut

primum vestes in insula Ceo vel Cœxi cœperunt, ex nativis in Græcia bombycibus. hinc apud vetustos autores Græcos, poëtas & pedestres scriptores Σηερικῶν nusquam fit mentione, sed βομβυκίων quod nondum ex Seribus notum esset νῦν Σηερικῶν, vermis apud Seras, ut apud Græcos eamdem materiam vestificio subministrantibus. præstantissimum autem Σηερικῶν, & tenuissimum, atque adeo pretiosissimum, quod advehebatur ex India usque, & à Seribus populis. Σηερικῶν & Ιδιες νῦν καὶ meminit Arrianus in periplo maris Erythraei. postea vero quam magna copia eorum vermium in Italia & Græcia ali haberique cœpta est, & ex iis fila deducta, & vestimenta confecta sunt, Sericum nominarunt, omne bombycinum νῦν, etiam si de Seribus non veniret. & vermes etiam, qui βομβυκες prius dicebantur, Σηερικοὶ dixerunt. Hesychius, Σηερικοὶ λέξι ὡς τὸν μέτειχαν ἐπιτάχοντο. nam falluntur, qui putant vermes sicut dictos apud Seras, & inde Serum populorum appellationem manavisse. immo potius verum, ut omne bombycinum stamen, quod in Græcia nebatur, & texebatur, sericum appellitarunt, sic bombyces, Seras etiam appellasse. atque hæc haec tenus.

CASAUBONUS.

I Et cum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatto serico uteretur.] Alexandri Severi dictum commemorat Lampridius: matronas regias contentas esse debere unico pallio auro sparsa, & cyclade quæ sex uncis auri plus non haberet. Videtur Aurelianus ad hanc normam exegisse Severinæ uxoris sua cultum, cum ei non permittrit, ut vel unicum habeat pallium holosericum, & blatta purpura infectum pallium.

SALMASIUS.

I Et quum ab eo uxor sua peteret, ut unico pallio blatto serico uteretur.] Vetus & prima editio unica voce legit: pallio blatto serico, quod fortasse verum est. nam sericoblatta, unica voce legitur in Codice: totas sericoblattæ, ac metaxæ hujusmodi species. sed & blatto serica, pro eodem in Cod. Theod. de murileg. &c. sic enim ibi legendum, quoniam trecentas pæne libras blatto serica & clandestina sucatione non sine laesa maiestate criminis coartatas, &c. hinc blatto sericum pallium, ex blatto serica contextum. blatto serica autem vel sericoblatta, est sericum nema, purpura vel blatta tintatum: quod & sericum absolute dicebatur. & fallitur eruditissimus Jurilconsultus, qui inter sericum & nema sericum distinguit: & sericum esse dicit αὐτόφυες, neque dum in fila deductum, neque tinctum. is igitur vult metaxam & sericum idem esse, & pro rudi & nondum elaborato serico sumi. quod falsum est. nam metaxa etiam pro nemate serico accipitur. & leg. xvi i i. Cod. Theod. de murileg. metaxa appellatur, quæ & blatto serica initio legis. & sane metaxa vel metaxa, ut libentius scribebant, proprie filum vel sertam significat. unde lini metaxa Lucillio, pro lini filo. σερικὸς interpretatur optimum Glossarium. & serica metaxa est filum sericum, ut linea metaxa. postea tamen proprie & absolute metaxam dixere, pro serico vel filo serico. Græci Σηερικῶν νῦν appellant. sicut setam recentiores pro serico quoque dixerunt. hoc est metaxam. de cuius vocis origine plura à nobis alio loco, & opere sunt dicta. fila vocat paulo post Aurelianus: abfit ut auro fila pensentur. πήρου quoque recentiores Græci absolute metaxam, hoc est sericum appellabant, cum veteres πήρου quodvis filum vel subtemen dicerent. hinc

XCVIII

purple
ut unico pallio blatto serico uteretur, ille respondit,
Absit

χρυσόπλωος vestis aureis filis contexta, & χρυσοπηνίας. & πηρίζειν fila deducere. & αἱραπηνίζειν. at recentiores, ut dixi, πήλιον sericum nema proprie vocant apud Paulum Silientiarium νύμφαι πήντε, sunt fila serica. interpres verus Aristophanis, ηροκάθειραν πήλιον interpretatur, & vestem sericam intelligit. Scholiares Euripidis in Hecuba, ἀνθορογένες πήλιον exponit ποικίλας μετίξεις ἀνθηγίς. ex usu scilicet sacerdotii sui. nam Euripidis ἄνω πήλιον de quolibet filo vel subtemine accipiebatur. hinc πήλιον radius textoriū circa quem involvebatur πήλιον vel trama texendae vesti. recentioris vero Hellenismi scriptores, ut οὐταζαν, sic & πήλιον de solo serico accipere consueverunt, quam nos seriam vocamus. sed hæc alibi pluribus.

[Ut unico pallio blatto serico uteretur.] Cur unico? an ut de multis palliis quæ mulieres gestarent, unicum saltem blatto sericum haberet? an ut unicum quod illis erat pallium, purpureum & sericeum habere liceret? illud malo. sic in Alexandro Spartianus: matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo atque in auribus, & baccato monili, & corona cum qua sacrificium facerent, & unico pallio auro sparsa, & cyclade que sex uncis auri plus non haberet. pallium & cyclas, habitus matronarum Romæ quod pallium ricinium etiam dicebatur. Servius: togas autem etiam fœminas habuisse cycladum & recinsum ostendit. recinus autem dicitur, quod post tergum rejicitur, quod vulgo mavora dicitur. recinum vocat Servius, quod pallium Spartianus: eoque recino cum cyclade usas mulieres Romanas ostendit. quod autem ex usu recini ostendi ait matronas etiam togas habuisse, sciendum est, ricinium, vel, ut in melioribus libris reperio, ricinium, togam, vel togæ genus fuisse. Festus: Ricinum, omne vestimentum quadratum ii-

qui duodecim interpretati sunt esse dixerunt, vel togam quæ mulieres utebantur, praetextam clavo purpureo. ita legendum & distinguendum apud Pompejum ex veteri scriptura quæ habet, vir togam, de quo virilem togam fecerant eruditii correctores, absurdæ. ricinum igitur erat pro toga vel pallio mulieribus: sub quo tunicam vel cycladem gestabant. & pallium quidem dicebatur, quod esset quadratum. nam pallia erant quadrata vel quadrangularia, togæ autem rotundæ. togam vero etiam appellabant ricinium, quod in modum togæ à dextro latere in lævum humerum ponebatur. & ricinum dictum vult Varro quod ejus dimidia pars retro rejiceretur. pallium & ricinum idem. unde riciniati planipedes mimi Festo, qui palliatæ in optimo Glossario dicuntur. palliatæ, σιχολόγη. ita mimos appellari paulo ante docuimus. sic Jovem palliatum uno loco dixit Arnobius, quem alio riciniatum appellavit. pallium simplex interpretatur Nonius. cujus interpretationem cum verbis Varonnis perperam confunditur etiam in ultima optimaque editione. sic igitur verba ejus distinguimus: Ricinum, quod nunc masurum dicitur, palliolum fœmineum breve. Varro ταῦτη Μεταπτύχιο magis dicere muliebre, quam de muliebre ricinio. pallium simplex. idem de vita pop. Rom. lib. I. & quo mulieres in adversis rebus ac luctibus, quum omnem vestitum delicatiorem ac luxuriosum posse ea institutum ponunt, ricinia sumunt. primo igitur ricinum exponebat Nonius palliolum breve fœmineum. secundo loco, simplex pallium quod gestabant mulieres in luctibus. dici non potest quam multis locis eo genere corruptus circumfertur Nonius. cum ejus interpretationes locis auctorum, quos ad fert, mixta confusaque habentur. sed de his alias. de riciniis etiam in funere, quorum mentio apud Ciceronem de legibus, nos alibi plura notamus,

tamus, & quomodo locus ille de tribus riciniis, sit exponendus, doce-
mus. ricinium enim veteres ver-
runt, quod erat in legibus Solonis
iuginor. falli etiam doctissimum Tur-
nebum ostendemus, qui ex lege So-
lonis probare contendit mulieres At-
ticas in pompa funebri tria pallia ge-
stavisse. non enim de pompa funebri
lex illa Solonis tantum apud Plutar-
chum, sed generaliter *ποιῶν γυναικῶν ἐξόδου* complectitur, in quibus
non licebat plura τετράγωνα μu-
lierem habere. *ἐξόδος γυναικῶν*
quid appellantur, notum ex Græcis
Comicis. ricinium porro dictum ait
Varro à rejiciendo. immo ricinium
τοῦ θεωρίου est, & deductivum à ri-
ca. nam à rica ricinus, ut apud Ser-
vium, & ricinium. rica autem & ri-
cinium prope res eadem. ricinium om-
ne vestimentum quadratum. rica
quoque Pompejo, vestimentum quadra-
tum, fimbriatum, purpureum, quo Flaminicæ
pro paliolo utebantur. alio loco ricas
& riculas, parva ricinia interpreta-
tur, ut paliola ad usum capitis facta.
utrumque enim & ricinium, & rica,
pallium erat quo mulieres caput o-
periebant. rica proprium gestamen
Flaminicæ: quod & purpureum erat,
& nisi fallor flameum etiam voca-
batur. Festus: Flameo amicitur nubens
omnis boni causa, quod eo assidue utebatur
Flaminicæ, cui non licebat facere divertium.
vides Flaminicam perpetuo fuisse
cum flameo. rica igitur & flameum
idem. adjective autem dicebatur fla-
meum à colore flameo. integrum
enim est, flameum pallium, vel rici-
num. idem & venenatum appellab-
ant. sic enim interpretor, quod apud
Servium legitur, veteri ceremonia-
rum jure præceptum esse, ut Flaminicæ
venenato opera sit. venenatum i-
tem substantive, & absolute dicitur
pro venenatum pallium. addit enim
Servius: operta antem cum dicitur, pal-
lium significatur. pallium ergo venena-
tum, vel flameum, vel purpureum
erat, quo Flaminicæ operiebant caput,
& rica dicebatur. & fallitur idem do-

ctissimus Grammaticus, qui venena-
tum à rica distinguit, & utrumque
separatim ponit. *venenatum* est purpura
infectum. Martius in mimiambis a-
pud Agellum:

Nec tonsiles tapetes ebriifuco

Quos concha purpura imbuens venenatis,
idem enim color flammeus, venena-
tus, & purpureus. rica enim purpu-
reum vestimentum quo caput ope-
riebat Flaminica: quod & flameum,
ut dixi, & venenatum dicebatur. ri-
cas non tantum Flaminicis, sed etiam
aliis mulieribus attribuit Varro, qua
sacrificium cum facerent capita velab-
bant mulieres, ricinium, & rican, &
pallium vocarunt veteres. eoque no-
mine & pileos & mitras, & diadema-
ta, & sudaria, & tiaras, & capitis vin-
cula, & tænias, & lora, & fascias, &
quidquid est stringendo, alligando,
tegendoque capiti, & capillis colli-
gandis, stringendisque comis, com-
prehenderunt. & *pallium* quidem &
palliolum, operimentum capitis esse
muliebre, plus quam notum est. vi-
ris quoque pallium regendo capiti
fuisse multis auctorum locis potest
probari. idque pluribus ostendimus
ad Tertulliani pallium: quod prope-
diem, Deo juvante, lucem videbit.
Trimalcio Petronianus, *pallio adrasum*
incluserat caput. apud Rutilium Lupum
de figuris sententiarum libro secun-
do: *soleatus prælectulo, palliolofrigus &*
capite defendens. ubi palliolum vocat,
quod in Græco erat *πλατίδιον*. hinc
palliolutus, paliolo tectus, vel pileo,
apud Suetonium in Claudio, ut erant
fere valetudinarii homines: ob hanc
eamdem valetudinem, & gladiatoriū mune-
re, quod simul cum fratre, memorie patris
edebat, palliolutus novo more præsedidit. sic
tutulum, qui pileus erat lanatus, quo
Pontifices & Flamines utebantur,
pallium vocatur apud Fulgentium de
sermone antiquo, ex Numa Pompili-
lio: *Numa vero Pompilius, tutulum dici-
at pallium, quo sacerdotes caput tutabant,*
quum ad sacrificium accessissent, sicut &
Virgilius ait:
Et capita ante aras Phrygio velamur ^(mīlē)
^{inde}

inde & Phrygium absolute nominatum, quod tiaram, & mitram significat. de quo nos infra idem significabat rica in mulieribus. Nonius enim ricam exponit sudarium, & oraria, & mitras. Germanicus in versione Aratea ricam vocat, quod Græcis poëtis est κρίδεμον:

— tristisque genas abscondita rica.

sic Homerus de Penelope tristi rica operata:

Ἄντα παρεῖσαν χορδόν λιπασθήκει
δέμως.

κρίδεμον ibi Eustathius esse dicit, quod μαφόσιον vulgariter loquentibus diceretur. μαφόσιον autem recentiores Græci ἀντὶ Φ μαφόρην dixerunt. nam mavorte, aut maforium idem erat, quod prioribus ricinum: testibus Servio, & Nonio. Eustathius Iliad. χ. κρίδεμον δὲ τὸ μαφόσιον. maforium autem vel maforium capitis muliebris ornamentum fuisse, & operimentum testificantur illa verba Achmetis: εὰν ἴδῃ γάλη ὅπι μαφόσιον αὐτῆς ἡρθεῖ ἀπὸ αὐτῆς βλαβή πόσι, η ὅπι πατερέπη ὅλοι, ἀποβανεῖται ὁ αὐτῆς, η χωρίζεται ἀπὸ αὐτῆς τέλεον. ratio ejus somnii, quod mulieris caput vir est. mulier igitur quæ somniat mafoium sibi tolli, aut scindip per vim ab aliquo, aut morte aut discidio virum amittit. ad quod illustrandum faciunt hæc Isidori verba de ricinio: vocatum autem dicunt mavortem quasi martem. signum enim maritalis dignitatis, Φ potestatis in eo est. caput enim mulieris vir est: inde Φ super caput mulieris est. hæc plane Achmetem interpretantur. præterea maforites non tantum in usum mulierum, sed etiam monachorum, ut Cassianus ostendit lib. i. cap. vii. post hæc angusto pallio tam amictus humilitatem, quam vilitatem pretii compendiumque seculantes, colla pariter atque humeros tegunt: quod maforites tam ipsorum quam nostro nuncupatur elogio. maforites est, ο μαφόρης, Φ μαφόρτης. cuius diminutivum τὸ μαφόρην, unde maforium Nonio, & extrita littera maforium. &

ita recentiores Græci passim appellauunt. Servius, hoc mavorte, videtur vocare. Isidorus quoq; in Gloss. mavorte, vel maforite appellat. idem tamen in Originibus mavortem nominat cum Cassiano. sic mavortes, & mavorte, & mavortum, & maforium, & maforium dicebatur. afferunt eruditæ ex Glossis Arabicolatinis: maforium. fascialis, id est angustum pallium quo utuntur monachi, collum pariter, atque humeros tegens. ubi perperam pro fascialis corrugunt, facialis. nam facialis nihil est. φακιόλιον autem quid sit, infra dicemus. magis placeret legi, fascia capitalis: hoc est, κεφαλόδεσμος. nam κρίδεμον, quod μαφόσιον esse dicunt, κεφαλόδεσμον etiam exponunt Grammatici. ad verbum est fascia capitalis. capitale uno verbo dicebatur. Glossæ: capitale, κεφαλόδεσμος. capital Varroni dicitur. sic ricam, cingulum capitis interpretatur Festus, & vittam qua Flaminica caput habet redimitum, & mitram, & palliolum. quæ omnia κρίδεμα, & κεφαλόδεσμος nomine apud Græcos intelliguntur. Hesych. κρίδεμον ἐπιβόλαιον οὐ λέγεται κεφαλόδεσμος. capitulum etiam & capitulare Latinis, quod etiam cappam dixerunt. Isidorus: capitulum, inquit, quod vulgo capitulare, vel quod duos apices, ut littera cappa habeat, vel quod sit capitis ornatum. hinc cappas hodieque palliolas, quibus mulieres caput tegunt, & cappellas vel cappulas, nostros pileos, quibus ad caput tegendum utimur, vocare consuevimus. δῶρον Καππά diminutivum καππάπιον. ut δῶρον Φ σύμη σιγμόπειον, δῶρον Φ γάρμητα, γαρμητόν. καππάπια autem Græcis dicta sunt ejusmodi muliebria pallia. Hesychius: καππάπια, γυναικεῖα ιμάπια. pro καππάπιον etiam dixere καππάδιον. nam ut à voce σύμητα τετονεστιον finixerunt συμμάδιον, & δῶρον Φ γάρμητα γαρμητόν: & δῶρον Φ σύμητα συμμάδιον. unde apud Photium, χατῶν πορφυρᾶς τλατέος συμμάδιοις κενοσμητρός. sic δῶρον Φ καππάπια, καππάδιον. ita enim appellantur,

Iarunt, tam muliebre quam virile palium, καππάδιον, & καβάδιον, quod idem est. siquidem & καβᾶ δixerunt pro κάππα. atque etiam κάμα. Achmes cap. clviii. εἰς ἄρη περὶ ἐφόρδιον κάμα, τὸ λεγένδον σκαραμάχηον σπειρόν. κάμα pro κάβᾶ. ut ὀρφίκιον pro ὀφρίκιον. μαστίξιον pro μαστίξιον, & similia. κάβᾶ igitur pro κάππα. & καβάδιον pro καππάδιον. ut autem à cappa, οὐ καψάκης & καψάκιον, sic & à cappa καππάδης & καππάδιον. καππάδης & καβάδης idem. utrumque à κάππα. at inepite ineptus Tzertzes qui τὸ καβάδην dictum autumat à Cabade Persa:

Εὐθημας εὐνάλιον τραχιωτῶν τὸ εἴ-
μα,

Οὐτες καβάδης λέγεται δέποτε Κα-
βάδης Πέρση.

appellatum enim κάππα, & καππά-
διον vel καππάτιον, quod duos habe-
ret in capite apices, in modum litteræ
cappa, ut scribit Isidorus. caliendrum
etiam sub hoc nomine venire, non
est dubitatio. caliendrum enim & ri-
cinium, idem facit Arnobius. hinc
colligi potest quare fasciam capita-
lem maforium interpretatus sit au-
tor ille Glossarum, nisi quis malit
fascialem eum pro fascia dixisse.
quod ego non improbem. nam maforium,
& fasciam, & mitram, & vittam
rāniāque significat. quod ex his qua
diximus potest constare. caliendrum
autem galerum exponit Acro. quod
non est tam ineptum, quam videri
volunt quidam. nam pileum & gale-
rum, & caliendrum, & alia capitite
gendo & ornando, pallii ricinique
nomine & mafortii censeri palam
est. cufam etiam Latini dixerunt, &
tufam. cufa enim, & tufa idem. ut scul-
catores, & scutatores: sculæ, & scuta.
sic tinctorum, & cinctorum pro gladio,
& alia infinita. τέφανον tiaram vocat
Nicetas. τέφιον & κέφιον idem. κύ-
φιαν enim Eustathius ἀμπυκα signi-
ficare ait, ad illud Homeri, ἀμπυκα
κεκυφαλόν τε. ήδε Σιαύτη φρεσίς

οῖον τοντὸ κύφιαν τέλος ἀμπυκα δι-
γένεφα. ἀμπυκα autem Græci Gram-
matici Αμφίδημα & τειχόδεσμον in-
terpretantur. sic κύφα vel κύφια, &
τέφα vel τεφία idem. cufam vocat
optimus auctor Glossarum: cufe,
καμπίστα. ita enim legimus, non
καμπίστα, ut vulgo. καμπίστα &
καμπίαν Græci vocant genus pallii
vel vestimenti villosi. Isidorus: can-
sus, amphimallus. birrum alibi idem
appellat: amphimallus, birrus, villosus.
birrum autem etiam pro galero &
cucullo usurparunt. Juvenalis:

Tempora Santonico velas adoperta cucullo.
ibi vetus interpres birrum Gallicum ex-
ponit, & galerum fuscum. apud Tertul-
lianum de Pallio: vestigia cestum bir-
rus occupavit. sic ibi legendum doce-
mus ex veteri libro, non viria. quo-
modo enim vestigia & cicatrices ce-
stum, quæ in ore sunt, & circa au-
res, unde & ὁ τοντὸς κύφιος appellat-
ur pugiles, viria potest occupare: bir-
rus igitur, & cufa idem, & pro vesti-
mento, vel pallio caput operiente ac-
cipitur. atque inde cufam etiam nunc
appellamus in idiomate nostro, galer-
um & pileum nocturnum, quem &
burretum, diminutione à birro. sic et-
iam vocamus reticulum, quo mulie-
rum crines continentur, quem ἄρνη-
να Græci, & τειχόδεσμον. gufam au-
tem pro cufa scribit Isidorus in Glos-
sis: Bigerra, vestis gufa, vel villata. ubi
gufram appellat, quæ optimo Glossario
cufa: pallium nempe, & vestimentum
spissum, & villosum. inde nos
gufram & gofum appellamus, quidquid
soloci filo & pingui Minerva factum
est. cufam vestem villosam interpre-
tatur Isidorus, Glossæ καμπίσταν, re-
centiores Græci pro καμπίσταν, κα-
βάσταν & καππίσταν usurparunt, ut
ἀμφίδημον, pro ἀμφίδημον, vel
ἀμφίμαλον. iidem καππίστα etiam
pro pileo, vel cucullo dixerunt.
apud Nicetam καππίστα est πίλον,
quod & καππίζιον appellat. non igi-
tur δέ τὸ κύφια, καππίστα dictum
est, sed pro καμπίστα usurpatum. sic
& ca-

brownell library
in gold

¹ Absit ut auro fila pensentur: ² libra enim auri tunc libra

& camasus & birrus, & cucullus, & cufa, & cappa, de eodem ferme genere vestimenti ab auctoribus sunt usurpata caput humerosque contingentis. cufa autem & tufa idem. in Glossis legitur, συρφίκιον, fabricula. fine dubio intelligitur, experimentum capit is muliebre, quod sub rica gestabant. Glossæ nomicae συρφίκιον, τυφιανόν. scribo: Συρφίκιον, τυφιανόν, vel τυφιανόν. sic tufa & rica idem. tufam etiam pro genere quodam vexilli acceperunt, eodem plane modo quo flammeum, quod ricam & pallium muliebre significare dixi, pro velo quoque hoc est vexillo usurparunt. idque flammulam appellantur. nam flammula nihil aliud est, quam flammeum vexillum. Φλάμμηλον quoque recentioribus Græcis dicitur. flammeum enim & flammulum idem. Vegetius inter muta signa ponit, dracones, vexilla, flamulas, tufas, pinnas. flammulæ, inquam, sunt, quæ vexilla flammæa vocat Ammianus Marcellinus, & dicta sunt à similitudine, ut & tufæ. flameus enim color in vexillis est purpureus, & sanguineus, ut in mulierum flameis, vel rictis Flaminicarum. sed hæc præter rem. Pallium muliebre quid esset, & quot modis diceretur, heic quam fieri potuit breviter, explicavimus. nam pallii appellatione plerumque sumi hæc vocabula quæ sequuntur, satis ut puto aperte monstravimus: nempe, rycinum, ricam, mafortium, pileum, galerum, birrum, cucullum, tiaram, fasciam, orarium, phrygium, cufam, tufam, flammeum, reticulum, & alia eisdem σωστινούμενa quam plurima, quæ omnia capiti tegendo, vel ornando fuere, et si non ejusdem figuræ futuræque, quæ nos alibi per partes distinctius accuratiusque tractabimus.

¹ Absit ut auro fila pensentur.] Quæ heic fila, post sericum vocat: libra enim

Tom. II.

auri tunc libra serici fuit: non igitur sericum, rude & αὐτοφύς ἔχον significat, ut placuit magno Jurisconsulto, sed sericum nema. sciendum est enim ex filis, & staminibus sericis tintis, pannos sericeos contexi fuisse solitos. non autem ipsi panni jam contexti tingebantur. quod ostendit lex IIII. Cod. Theod. de vestibus olov. ² aur. his verbis: nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec ejusdem inflectionis arguto pectine solidanda fila decurrant. ex quibus appetet, & traham, & stamen tincta jam fuisse priusquam ex his conficerentur vestimenta. non igitur simplex sericum, & nondum eruditum, auro contra carum erat, sed jam in fila deductum, & infestum. sericoblattam, vel blattosericam id appellabant, ut docuimus ante. unde trecentæ libra blattoserice in Cod. Theod. nam libra serici hoc loco, & ibi libra blattosericæ idem, vel blattæ sericæ, ut legitur in vulgatis. hinc βλαττῶν recentiores Græci, non pro blatta, vel purpura, sed pro nemate serico blatteo usurparunt. & longe falluntur, qui βλαττῶν in illis auctoribus interpretantur blattam, cum pannos sericos, vel peplos deberent. Nicetas: τὸν ὑφαντικὸν τέχνην τὸ βλαττῶν. ubi βλαττα non sunt purpæ, sed vestes purpureæ. nam alter codex habet, τὸν ὑφαντικὸν τέχνην ὄθονῶν, vel πίπλων ἐγιασκον. alio loco apud eundem, ubi habetur in Græco codice πέπλοις χρυσώφεσι, Græcobarbarus codex habet, βλαττῶν χρυσῶν. item ubi in Græco codice legitur, νήματα χρυσώφη: pro eo Barbarogræcus legit, βλαττα διδόλεα καὶ τειβόλεα. ubi mihi notabis errorem principis Jurisconsulti, qui non inspecto codice Niceta junctim hæc ita protulit: βλαττα διδόλεα καὶ τειβόλεα νήματα χρυσώφη: quod ita junctim legantur in indic^e quem confecit Wolfius, errore Ty-

M. m

pgrat.

pographi, qui heic non disjunxit Græcum à Græcobarbaro, ut in reliquis fecerat. sic igitur erat excusandum: βλαπία διδόλεα καὶ τελόλεα] ὑμαζέα χρυσόφη. idem auctor: βλαπία χρυσῆ καὶ ἐξάντελα καὶ ἐπεργη βλαπία ποικίλα καὶ κεντηθεῖ. ubi βλαπίον nihil aliud designat, quam vestem simpliciter. sed hæc alias. fila igitur serici, quæ auro erant λουσιθεῖα, purpura, vel blatta tincta fuerunt. idem & sericum: idem & metaxa. nam metaxa est filum. Græci ὑμας σπειρόν. quod tinctum etiam advehebatur à Seribus usque. Arrianus in periplo: Σπειρόν ὑμας, καὶ Ινδικόν, μέλαν.

Absit, ut auro fila pensentur.] Id est, ut auro rependantur, contra aurum emantur. explicat hanc locutionem quod sequitur: libra enim auri tunc libraserici fuit. sic λοσσάσιον ὑμας σπειρόν τὸ χρυσῷ tunc fuit. λοσσάσιον μύρον Græci σκελτὸν appellabant, quod auro pensaretur. Hesychius: λοσσάσιον μύρον, οὐ σκελὴ οὐ σκέρα. λοσσάσιος, τὸ χρυσῷ, καὶ ὁλικώτιμος. sic λοσσάσιον absolute dicens, quidquid auro rependeretur. quod valde norandum. λοσχρυσον etiam, & αὐτίχρυσον dicebatur quod auro contra carum erat. ita & λοσίργυρον quod contra argentum emebatur. in versu Philippi apud Athenæum lib. VIII.

Oὐκ οἶδ' ὅτι περγάλεον οὐτοπρεπεῖ;

ita legimus cum vulgo legatur, εἰς εἰς ἀργυροῦ. male vir doctissimus ibidem corrigit, εἰς ἀνάργυρον. elegans sime illo verso pârcus & avarus & aridus senex non temere prodigandam esse pecuniam, nec large faciendum esse sumptum docet, quod nihil pecunia sit carius, utpote quæ sit λοσίργυρος & auro contra cara. de re enim valde cara dicere solebant, eam esse λοσχρυσον καὶ λοσίργυρον. Δρυγεῖον Græcis pecunia signata, & argentum numeratum. lepide ergo dicit & vere, Δρυγεῖον esse λοσίργυρον.

ἐπιάργυρον etiam pro eodem dicebant, quod ἐπιδρυγύρα scilicet emeretur. hinc ἐπιάργυρον balsamum quod argento rependebatur. Hesychius: ἐπιάργυρον, τὸ βαλσαμογεῖ. at Plinius Alexandri Magni temporibus tradit balsamum duplo argento-reperi solitum. sic igitur non ἐπιάργυρον Alexandri ætate balsamum fuit, nec λοσσάσιον τὸ δρυγύρα, sed plane δισσάσιον τοῦ ἀργυροῦ. hoc est libra balsami, duæ librae argenti fuere. Plinius: Alexandro magno res ibi agenti toto die astivo unam concham implere jussum erat. omni vero fæcunditate ē maiore horto congios senos, minore singulos cum duplo rependebatur argento. postea, ut videtur, annona ejus vilior facta est, nec duplo argento pensabatur, sed contra argentum vendi pendique solebat. hinc ἐπιάργυρον Hesychio. ἐπιάργυρον idem dixit eodem sensu. ἐπιάργυρον, τὸ κινδύμωμον. dictum enim ἐπιάργυρον cinamomum, quod pretium ejus, argenti pretium exæquaret ac sub argenti exagio venundaretur. quod auro contra pretiosum est, & contra aurum vénit, Græci τοῦ χρυσοῖς πυλῶν δέσιον dicunt. Varro lib. I. de re Rust. ubi pomaveniunt contra aurum: τοῦ χρυσοῖς πυλῶν δέσιον. Aristoteles τοῦ γυμνασίου ἀκρομάταν. ἔχει ἢ τὸ ποτό κυανὸν τὸ μέταλλον, καὶ χρυσογλυπτῶν δὲ ηγαλίην τοῦ χρυσοῖς πυλῶν δέσιον πυλῶν. hoc est, contra aurum vénit, contra aurum pretium invenit prestantissima chrysocolla. interpres ibi nugantur. eleganti locutione apud Græcos πυλῶν δέσιον, res aut merces dicuntur, quæ pretio distrahuntur. exempli gratia, τεῖς δραχμας δέσιον dicere solent, rem aut mercem aliquam, quæ tribus drachmis venditur. hinc explicandus Theophrastus τοῦ χρυσοῦ πυλῶν, cap. τοῦ αὐθαδελας: η παλᾶν τη μηλέγη τοῖς ἀργυρεῖοις πόσαι ἀν διπλῶς, αὖτις ἕρωτεν τῆ δέσιον. nihil heic vidit doctissimus & acutissimus interpres & commentator, dum sic hæc postrema

bra serici fuit. ¹ Habuit in animo ² ut aurum neque ⁴⁶
in

ma reddit, veram ipse potius emptorem interrogat, ecquid inveniat damnandum. ^{et Sōplōnq}, non id significat hoc loco, ecquid inveniat damnandum, sed quid pretii mereat hæc res, quanti valeat. superbus & contumax vendor desig-
natur his notis à Theophrasto, quod merces suas quanti vendat indicare designatus, emptorem interroget, quanti valeant, & quo pretio emi-
dignæ sint. atqui vendoris est, quanti det quod vendit, prius indicare, quam emptor pretium faciat. ^{et Sō-}
^{plōnq}, ad verbum, quid invenit. hoc
est, quod preium invenit, quo preio digna-
est, quanti est. sic loquitur est Isæus:
Κίπων περὶ στολῶν οὐκέτης, οὐδὲν δέρπε,
ἀργόν περὶ Φάρνησον καὶ τελάντης προτίθεται,
οικίας δὲ τὸν αὐτὸν δύο, τὸν μὲν
μεταφορεῖσθαι τῷ τοῦ Λιμναῖον Διονύσιον, δισχιλίας δραχμαίσιον,
τὸν δὲ ἐπέργει τὸν αὐτὸν τελῶνα
τὴν δέκα μυριῶν. in oratione ² Κί-
πων Κλήρους. οικία δισχιλίας δραχμαί-
σιον, quæ duobus drachmarum mil-
libus locabatur. sed de his alibi plu-
ribus, hæc enim obiter dicta sunt.

CASAUBONUS.

² Libra enim auri libra serici fuit.] Γονατέπον τὰ σημεῖαν ἐν μητρὶ τῆς χρυσοῦ. vel ut est in lege Rhodia, ὁλο-
στολὴ ὄμφια τῷ χρυσῷ.

SALMASIUS.

² Libra enim auri, tunc libra serici fuit.) Tunc, id est tempore Aureliani. non ita caro vñissile videtur sericum temporibus illis, quibus hæc scribebat Vopiscus, ut potest ex his verbis colligi. adhuc tamen ætate Vopisci metaxa qua utebantur Romani ex Serum emporiis veniebat. sub Justiniani demum imperio Persa quidam vermes à Seribus allatos in Græciam intulit, eorum Ηρίστην & ἐργασίαν Romanos docuit. narrat Theophanes apud Photium. eum vide. sed de ea re nos alibi pluribus.

CASAUBONUS.

¹ Habuit in animo ut aurum neque in cameras, neque in tunicas, neque in pelle-
ts, neque in argentum mitteretur.] Suas-
or legis Tacitus: de quo in vita Vo-
piscus: *Auroclavatis & fibis idem in-*
terdixit: nam & ipse auctor Aureliano
suffice perhibetur, ut aurum à vestibus &
*cameris & pellibus submoveret. Per camé-
ras intelligo privataram ædium ad*
balnearum laquearia & patentes qui
*jam ætate Plinii tamquam vasa inau-
rabantur.*

SALMASIUS.

² Ut aurum neque in cameras, neque
in pellets.] Nolle clarissimo viro ac-
cidisset hoc loco cameras interpreta-
ri, laquearia privataram ædium, &
balnearum. longe enim aliud la-
quear, aliud camera. nemo autem
auctor balnearum cameras, vel tho-
los, laquearia appellavit. nam la-
quearia differunt a cameris, & forma
& materia. camera, curva testa sunt,
de quarum dispositionibus videndus
Vitruvius lib. vii. cap. iii. nam &
trulissabantur, & inducebantur te-
ctorio. laquearia autem, vel laquea-
ta testa erant, quæ nunc lambrissata
vocabus. ex tabulis enim ligneis sie-
bant, in varias figuras, & mæandros
sectis, & exaltatis. quæ tabulæ plerum-
que etiam versatiles erant, ita ut &
flores & unguenta desuper sparge-
rentur. Suetonius in Nerone: Cæna-
tiones laqueatae tabulis eburneis versatilibus
ut flores: fistulatae ut unguenta desuper spar-
gerentur. ita legendum illum locum
Suetonii ex veteribus libris ad Suetonium ipsum olim dicemus. non
enim tantum versatiles fuere illæ ta-
bulæ, quibus ea cænatio Neronis la-
queata est, sed etiam fistulatae. &
versatiles quidem ad hoc, ut flores
desuper spargerent: fistulatae vero ad
unguenta fundenda. id vero in came-
ra qui fieri potuisse? aliter igitur ca-
merantur cænationes, aliter laquean-

tur. camerarum usum veteres ignoravisse notat alicubi Servius. laquearium igitur tantum norant. eaque ratione vela subtendebant laquearibus ad excipiendum pulverem, qui per rimas tabularum multis consueverat manare. quibus non opus erat in cameris, quæ pulverem nec admittabant, nec transmittebant. nam techorio opere industræ, rimis non dehiscent, quibus pulvis concipitur, & effluit. quod necessario evenit in laqueatis tectis, quibus tabula tabulæ jungitur, & sic inter se laqueatur, ut ramen per commissuras facile viam inveniat pulvis. laqueaturas tectorum Graci vocant ὁρφάστις, πινακίας, Φαλάρων, & κυλαθών, quas voces alibi pluribus explicabimus. ὁρφάστις πινακίας etiam appellant lacunar, vel laquearium. vetus scholion ad epigrammatum librum: *Μαλανδρόν*, ησομόν τις ὁρφάστις οὐδε τοῖς δέχεται τούτου. Hesychius: Κρητική ή εἰ τοῖς ὁρφάστοις γέραφη. ὁρφάστις πινακίας. οὐδε δὲ Αιγαίων εἰ Μυρμιδονοί αὐτοὶ πινακίδες, εἴκεργοι. Εἰ δὲ εἴκερπας ὁρφάστις πινακίας. κυράς vel εἴκερπας picturam, vel tabellam pictam in tecto laqueato significat. varia enim figuræ in illis tabulis, quibus cænationes laqueabantur, exprimi cælarique solebant. ita autem distinguendus Hesychius. nam eo loci dubitat, quomodo accipiendum sit εἴκερπας apud Aschylum. idem: εἴκερπαδες, τὰ εἰ τῷ περιστοιχοὶ τίμησι, καὶ οἱ εἰ τοῖς ὁρφάστοις γέραφης πινακίδες τοιστοιχοὶ πινακες. Εἰ δὲ κυράς ή γεραφη, καὶ οἱ γραπτοὶ πινακίας. εἴκερπας δὲ οὐ γεγραμμένος. Αιγαίων Μυρμιδονοί εἰ μὴ αἱραὶ σοδωματεῖ τῷ ιστῳ. καὶ σύνεστον οὐδε Σοφοκλῆς dem aliо loco: κυρίας ὁρφάστις πινακίας. vulgo, πινακίας. perperam lacus etiam & lacunaria Latinis à figura. Glossæ: Lacunar, ὁρφάστις. οὐδέποτε. Graci quoque κυλαθών, & διάτυπος dixerunt. laquearios, Glossæ ondum editæ, tectorum tignarios exponunt. Camera vero, ut diximus,

longe aliud à laquearibus. non igno-
rō tamen quāvis testa, cameras te-
centioribus dici, atque inde etiam
cameras crenationes ipsas appellatas,
sive laqueatae essent, sive cameratae.
Isidorus laquearia esse dicit, quā ca-
meram subtegunt & ornant, figuris,
vel rotundis, vel quadratis, ligno
seu gypso, sive colore etiam factis.
ubi cameram accipit generaliter pro
eo, quem Graci οογοφ appellant.
& verum quidem est laquearia de li-
gno calato pictore fieri. non tamen
cameris subtegebantur. sed viderūt
Isidorus, vel auctor unde ille sumpsit,
coronas quas Vitruvius appellat, cum
laquearibus confundere. corona au-
tem subjeciebantur cameris, tenuis
subtilisque operis, quā aliquando
ex gypso, aliquando ex ereto mar-
more perducabantur, & modo purz,
modo calatae fiebant. sed hic orna-
tus camerarum multum distabat à la-
quearibus. trullisatis enim politil-
que cameris subjeciebatur. tectorio
igitur opere inducebantur camerae,
& picturis tectorio superinductis de-
corabantur, non secus atque parietes,
tectorium camerarum ~~υποχαρτων~~
appellant. optimæ Glossæ ~~υποχαρ-~~
~~των~~, tectorium. in epistolis Pontifi-
cum, camaratum ~~υποχαρτων~~ dici-
tur. Epistola LXI. de camerato autem
quod est hypochartosin ad renovandum in
Ecclesia Beati Petri prius nobis verum di-
rigite magistrum. & paulo post: dirige-
tur ipse magister in paribus Spoleti, &
demandatiu[m] ibidem faciat de ipso li-
gname, quod in prædicto hypochartosin,
hoc est camaro ad necesse fuerit: quia in no-
stris finibus minime tale lignamen reperitur.
videtur ~~υποχαρτων~~ dici, coronari-
um opus, quod subjeciebatur came-
ris, à charta tenuitate & subtilitate,
& idem esse quod ~~υποχαρτων~~. nam
~~χάρται~~ & ~~μάνικαι~~ idem sunt. hinc
chartæ plumbeæ, chartæ aureæ pro-
laminis aureis, vel plumbeis. nisi
quis ~~υποχαρτων~~ dictam malit, quod
usus chartarum fuerit in cameris in-
texendis & disponendis, vel etiam
decorandis, sed superior sententia
mibi

mihi magis placet, quam compbare videtur optimum Glossarium, in quo ἴωσαρτωις testorum explicatur. hinc hypocharosis pro came- rato apud illum Pontificem. imbræteabantur quoque camerae, ut ex hoc Vopisci loco patet. cum enim scribat in animo habuisse Aurelia- num, ut aurum in cameras non mit- teretur, per bracteas id siebat, ut ostendemus paulo post. musivo etiam opere decorabantur camerae. de quo nobis abunde dictum est apud Spar- tianum. ubi docuimus musivum o- pus proprium fuisse camerarum, & de earum ornata tantummodo apud autores usurpatum. quibus addam hunc locum Procopii ex sermone pri- mo de ædificiis Justiniani: ἵτερηθ- πλι) ἢ αὐτῶν ἀφίστε ὅπτα ἀνέκομη τὸν μίσθιον οὐ παντὸς ὄργον, τὸν σφαιροειδὲν μεταρρώμενον τοικυρτεύμον. ἀνατομέν) δι τοις γραφοῖς η ὄργον πάσι, εἰ τῷ κηρῷ συτεκνή τε καὶ Διαχυθέντι σύντιθα παγέσσον, αὐτῷ συαρμόσσον ψηφοῖς λεπταῖς τῷ καρφωσον ἀραιστράριαις πανθεσπαῖς, εἴ δὴ τὰ τε ἀλλα καὶ ἀνθρώπους ἀπομι- μωται. notandum in Procopii ver- bis genus aliud fuisse cameras. or- nandi pingendique cera resoluta igne, quod ad encausticen pertinet. Plinius: tertium genus accebat resolutis igni ceris penicillo utendi, quæ pictura in navibus nec sole, nec sale, nec ventis cor- rumpitur. ceris igne resolutis, est quod Procopius κηρῷ συτεκνή, καὶ Διαχυ- θέντι. quo genere picturæ parietes pingebant. Etymologicum magnum: ἐκεκαυμένη, ἐξωγραφημένη ἐπει- ἐκαυτῆς λέγεται) οἱ Σωνερφοι οἱ Δια- γράφοντες τοὺς πάγους. eodem enim genere & parietes & camerae pingebantur & ornabantur. præcedunt a- pud Plinium loco jam citato duo ge- nera encaustices, cera & cestro, id est viticulo. legendum, veruculo. ve- ruculus, aut veruculum, diminuti- vum à vera quod telum significat, & instrumentum pingendi, vel inuren- di. Græci κίσης οὐ similiter, & pro telo

usurpant, & pro illo, quod dixi instrumentum corrigendum obiteri V^egetius lib. 11. cap. xv. aliud minus ferro triangulo unciarum quinque, bastile trium pedum simis, quod tunc veruculum, nunc verutum dicitur. perperam hodie etiam in emendatissima editione veruculum editum est. at verruculum est ουρυλιον, à verrendo: veruculum vero, ὄστελον. optimæ Glossæ: verruculi, βαλανος, ἐπι της κλείθρας ὄστελιονος. hodie vermiculi scribitur in Glossis. veruculus igitur κλείθρας βαλανος etiam significat. quod hodie que retinemus. nam apud nos verrouit idem designat. veruculus, ρεξεργός. & veruculo pingere, κινδύνου. Hesychius: κινδύνος ή της γεφυρικής μεταφράση. male apud Hesychium legitur: ή της βαφικής. auctor Etymologici, έσκαλης, qui cestro, vel cera inurunt, δέσμη κώδων, quod κηλαῖνα significat, dictos innuit. immo vero δέσμη έσκαια. sic Latinis inure accipitur. Ausonius:

risinurens januarum limina,

Et atriorum pegmata.
in veteri inscriptione, ἔχωντις γυ-
ρῶ dicitur. ubi pereram editum est.
ἔχων, vel ἔχωντος. urere colori-
bus dixit Ovidius, cum eamdem pin-
gendi rationem intelligeret:

— tabula magnae coloribus uris.

tot igitur modis ornabantur camerae,
coronatio opere , musivario , cero-
graphia, vel encaustice, & imbra-
ctatione. quem postremum ornani-
di modum prohibere in animo ha-
buisse Aurelianum scribit hoc loco
Vopiscus. ex his omnibus respicere
licet quid camerae distent à lacunari-
bus. quibus firmandis addam uni-
cum Vitruvii locum , qui neminem
finet dubitare , is est lib. vii. cap. ii.
Tunc autem machinis comparatis camera-
rum dispositiones in conclavibus expedian-
tur , nisi lacunaribus ea fuerint ornata.
hinc æstimari potest quam bene ac
proprie balnearum laquearia dicantur,
quaæ camerae sunt , vel tholi.
Ammianus Marcellinus , lib.xxviii.

M m 3

Tales

gold leaf

in cameras, neque in tunicas, neque in pelles, neque in argentum mitteretur, dicens plus auri esse in rerum natura quam argenti: 'sed aurum' per varios bracteas.

rum,

Tales ubi comitantibus singulos quinquaginta ministris tholos intraverint balnearium. in epigrammate Graeco de thermis, si bene memini: οὐδὲν ἔρεσθαι γάλα. ubi γάλα vocat, quod Latini curvum. nam curva porticus est camerata apud Spartianum. curvum autem & cavum indifferenter usurpat. unde cavas ades curvas, id est cameratas, interpretatur apud Virgilium Servius. voluntas hodie vocationem cameras. Graeci εἰλημέλη. transvoluta testa Gregorio Turonensi sunt εἰλημέλη. hinc volutiles columnae Anastasio de vitis Pontificum, quos Graeci εἰλημέλης κιονες appellant. ita enim Constantino dicuntur de imperio. perperam volutiles ediderunt in Anastasio. sed & volutiles phari apud eundem, quos volubiles fecerunt. de quibus nos alibi pluribus. volumina & subvolumina de cameris Isidoro, sunt ea quae diximus εἰλημέλη. sed modum tandem faciamus. nec omnia semel, quae hac de re dici possunt, dicenda sunt, sed in aliud tempus & locum reservanda quedam.

¹ Sed aurum per varios bractearum, filorum, & liquationum usus perire.] Singula singulis ordine suo reddit: bracteas cameris, fila vestibus, liquationes pellibus & argento. cameræ igitur inaurabuntur per bracteas. vestes auro intexebantur per fila. pelles & argentea vasa deaurabantur per liquationes. sic bracteationibus, filationibus, & liquationibus aurum peribat, non autem argentum. nec enim bractearum argentearum quisquam meminit: nec filorum argenteorum, ad vestes texendas, vel intexendas. nec item inargentabantur pelles, aut vasa. liquatione aqua, vel auro liquato deaurabantur pelles, sicut & vasa. nam ita etiam in membranas aurum mittebatur,

quum scilicet litteris aureis prescribentur. D. Hieronymus ad Eustochium de custodienda virginitate: insciuntur membrana colore purpureo, aurum liquefacit in litteras. omisit heic Aurelianus aliud genus inaurandi pocula argentea, quod non siebat auro liquato, sed aureis clavis immisis in argentum, & infertis. hoc genere deaurata, auro clusa, & auro cincta dicebantur. de quibus multa in superioribus adnotavimus. an temporibus Aurelianis jam exoleverat hæc inaurandi ratio? non puto. sed ejus ideo non meminit heic Aurelianus, quod aurum sic missum in argentea pocula non pereat, sed integrum, & in sua natura maneat. perit vero nec in suo usu manet, quod in bracteas extenditur, aut in fila deducitur, aut liquatur. atque hanc fuisse Aurelianii mentem quivis, vel modicum harum rerum intelligens, facile poterit animadvertere. alias quam absurdum esset, vetare ne pocula deaurarentur, permittere autem, ut qui vellent vasis aureis uterentur, & poculis? sic enim longe maiorem aut perditionem institueret, quam ante fuerat. sed aurum perire intellexit, quod in suam naturam non potest redire, aut etiam si posset, tamen deteritur usu, nec in aliam rem postea converti potest, aut in massam reverti. ut bracteæ, quibus inaurantur cameræ: fila quibus vestes texuntur: & aurum quo liquefcente membranae, pelles, & vasa deaurantur. usu ipso hæc omnia pereunt: emblemata vero aurea de poculis extribi possunt, & in aliud usum verti.

² Per varios bractearum.] V. C. Pal. bracteatum, atque ita saepius repertur in libris scriptum. Glossæ veteres: Brassica, κρασίς. Bractea, πίτλων. ordo enim litterarum ostendit

Wertung

DIVUS AURELIANUS. 551

rum, filorum & liquationum usus perire, argentum
autem

dit auctorem ejus Glossarii, bracteam legisse, & scripsisse. blattaeum quoque & blattarius in aliis Glossis scribitur, pro bracteum, & blattarius. sed non dubito veriorem esse scripturam, bracea, quæ in optimis quoque libris invenitur. non enim δωρὶ βράχαι, ut Grammaticorum filii volunt, dicta bractea, sed δωρὶ βρέχαι. βρέχω est lino, vel illino. βρεχίς qui linat. unde βρεχία, litura, vel quod illinitur. ut καρπίσις, καρπίσια. υλεῖσις, υλείσια, injuria, & alia infinira. βρεχται Latini bracteam dixerunt, tenue auri folium quo linuntur pedes lectorum, camerae, & alia. Calpurnius:

— atque illita porticus auro.
Sputum vocat Martialis lib. viii. epigram. xxxiiii.

Hoc linitur sputo jam caryota calendis. sputum est, βρεκτός. Latini autem bracteam dixerunt, eodem modo quo embractum, quod Græcis erat ἐμβρέχειν. Apicius embractum Bajanum vocat lib. ix. ἐμβρέχειν Hesychius: ἔντομεν τὸ Διονυσίον ἐμβρωμόν τὸ Γαλάται ἐμβρέχειν Φασιν. ita legendum in Hesychio, non ἐκβρέχειν. vox autem ἐμβρέχειν pura puta Græca, quam Galatae usurparunt. ἐμβρέχειν enim Græci dicebant. optimæ Glossæ: intritum, ἐμβρέχαι. ἐντείλαι autem quod apud Hesychium legitur, vox Latina est, non Græca, ut doctissimi viri videntur sibi persuasisse. ἐμβρέχαι igitur, & ἐμβρέχειν idem. & est quod Latini intritum vocant. Græci etiam ἐνθύμητον, intritus cibus Phædro dicitur:

— intrito cibo
Plenam lagenam posuit.

intrita Celso, pro intritione, ut remissa pro remissione. Glossæ: καρπίσις, intritio. falluntur, qui intritum, moretum, vel alliatum in suis Lexicis exponunt, & nobis im-

ponunt. intrita, est propriæ μεσογχή, intrita ex vino, ex posca, ex aqua apud Celsum est panis intritus & friatus in aquam, aut poscam aut vinum. ἐνθύμητον ὁπτον Græcis. intritus cibus Phædro. ad quam intriti significacionem etiam traho proverbiū illud apud Comicum: Tu te intrivisti, tibimet excedendum est. non autem ad moretum, ut voluit Donatus, aut alliatum moretarium. hæc alibi pluribus nunc quod agere instituimus, agamus. embractum Latinos dixisse, quod Græci ἐμβρέχειν. sic murobractarii Plauto, qui μεσογέπινον Græcis. murobatarii, aut murobatrarii legunt omnes libri. pro quibus, malobatravii magis placuere doctis viris. mihi murobractarii magis adrident, pro myrobrectarii. ita bractare verbum δωρὶ βρέχαι finixerunt, quod humectare, & madefacere significat, & idem plane, quod βρέχω. inde bractamentum pro humore, vel aqua posuit. Fulgentius de Virgiliana continetia: Nam ecce ad me etiam ipse Ascræi fontis bractamento satwior advenit. bractamentum ibi est liquor, vel humor fontis Ascræi. neque quicquam mutandum. sic bracteam pro brectea dixer. ut embractum, pro embretum. myrobractarios pro myrobrectariis. & bractare denique pro brectare.

I Filorum.] Filis aureis, & subtemine serico vestes texebantur claræ & pretiosæ. Spartanus in Pertinace: vestis subtemine serico, filis aureis. Vitilius:

Et picturatas auris subtemine vestes.
ubi subtemen poëta posuit pro tra-
ma, vel filis, ut ad Pertinacem Spar-
tiani ostendimus. non enim stamen
ex auro potest esse. nondum igitur
estate Aureliani inventum erat argen-
tum in fila deducere, & filis argenteis
vestimenta contexere. quod sub
ultimis imperatoribus apud Græcos
multum in usu fuit. quæ syrmatina
dice-

autem in suo usu manere. ¹ Idem dederat facultatem ut aureis qui vellent & vasis uterentur & poculis.

² Dedit præterea potestatem ^{ut} argentatas privati car-

coachēs. rucas haberent, quum antea ærata & eborata vehicu-

la fuissent. ³ Idem concessit ut blatteas matronæ tuni-

cas

dicebantur à syrmate, hoc est filo argenteo. sic enim vocabant. itaque quoties legis apud Codinum συρμότεινος, argenteis textum filis, & argentatum accipe. Nicetas: ἴδων οὐ καὶ τὸ ἐπανοκλέσανον, δὲ δὲ βασιλεὺς ἐπιγεια τῷ αρμάτων αὐτῷ ἐφόρδι ὀλόχρυσον ὄνται μὲν σύρματος καὶ δέποι ἰδράτων καὶ κρυπτῶν βεβαμιθρόν, εἰπεν. id est aureum totum cum filis argenteis. idem: καὶ τὰ ἄγα μεταπόμοντα τὰ πολύπιχα, τὰ εἰκόνα σύρματος, καὶ χειροτεχνία ὄντα. perperam legitur in annotationibus Wolfii: εἰς σύρματος χειροτεχνίας ὄντα. ejusdem Niceta Gracobarbarus codex ἐπιτλα interpetatur, τὰς σύρματιν πολέας καὶ χειροτεχνίες. id est argenteos, & aureos tapetas. Eustathius Odyss. K. ὡς δέ ψηφωρίς μέτα δὲ σύρμα φασίν οἱ ἴδιων τελοτεχνίες φιλοτέχνει πιέζονται ηγέροις καὶ βαθύπεροι.

CASAUBONUS.

¹ Idem dederat facultatem, ut aureis qui vellent & vasis uterentur & poculis.] Ratio legis manifesta: ut tanto facilius obtineret ne divites & opum suarum ostentatores, inaugurationibus & liquationibus variis aurum perderent.

³ Ut argentatas privati carrucas haberent.] Respetto principis omnes sunt privati, etiam summis magistratibus prædicti: respetto eorum qui omni dignitate carent, magistratus non sunt privati. ita hic accipiendo esse ex Lampridii Alexandro appetat nam ibi senatoribus eadem sit potestas; hic privatis, & τοῖς σὸν τέλοις.

SALMASIUS.

² Dedit præterea potestatem ut argen-

gentatas privati carrucas haberent, quum antea ærata, & eborata vehicula fuissent.] Atqui Severus Alexander id jam ante senatoribus dederat, ut argentatas carrucas haberent. quis sequentium imperatorum sustulit, ut opus habuerit Aurelianus redonare? Spartianus in Alexandro: Carrucas Roma, & redas senatoribus omnibus, ut argentatas haberent permisit. Heliogabalus, contemptis argenteis & eboratis & ariis vehiculis, habuit gemmata, & ariata, Spartianus in ejus vita. apud eumdem mentio est, sellæ muliebris eborata, & argentata. privatorum autem vocabulo Vopiscus tam senatores, quam magistratus comprehendit, hoc est omnes honoratos, argentata enim senatorum vehicula non minus, quam magistratum. vetus epigramma Græcum carrucam argentatam præfecto urbis tribuit. eis πνά φιλόσοφον ψυχόμενον πάρα πόλεως ἐπὶ βαλενίνιαν καὶ βαλιτοῦ. ita lemma conceptum est membranis. sequitur epigramma:

Ἄντηγος δέρματις τατερύμποιος πόθον γέλθει.

Ἄντηγος δέρματος, αἴρετος αἴρεστον.

ἄντηγα δέρματα vocat argentatam carrucam præfecti urbis. nam frustula fuit vir doctus, qui philosophum avaritiæ insimulatum ex hoc argenteo, ut veritatem, ase, suspicabatur. sed hæc nos alibi pluribus.

CASAUBONUS.

⁴ Idem concessit ut blatteas matronæ tunicas haberent, & cæteras vestes.] Quam varii colores in matronarum vestibus essent Romæ usitati, disci potest ex Ovidii tertio De arte. multos enim eo

eo loco recenset. ibi nominatur inter cæteros colores Tyria purpura di-bapha. Quare videntur multo ante purpureas vestes gestasse matronæ Romanæ: ut lege hac Aurelianii opus illis non fuerit. Sed docemus ubertim alibi jam inde à Julio Cæsare & Augusto usum ejus coloris ademisse privatis imperatores. Non igitur integras è purpura vestes conficeret fas fuit, sed segmenta, aut clavos purpureos, vel id genus alia, ad ornatum vestimentis adsuere. Adde quod blatta exquisitissimæ purpura genus fuit: quo minus mirum, jus matronis non fuisset, ut blatteas five tunicas five cæteras vestes induerent.

de forensibus præsentim loquor: nam tricliniarès balnearès, & alia domèstica vestes majoris luxus & licentia fuere quam forensia. Vetus ergo prius colorem permisit Aurelianus: sed in vestibus, ut arbitror, è lana. nam blatteas sericas vestes adeo non fecit promiscui juris, ut ne uxori quidem concesserit.

SALMASIUS.

¶ Idem concessit ut blatteas matronæ tunicas haberent.] Ad Ovidium nos delegant eruditissimi viri, ut ex ejus de Arte amandi libris discamus, quam varii colores in matronarum vestibus usitati fuerint. sed Ovidius in illo de arte tertio, de matronarum vestibus non loquitur, nec de matronis, sed de libertinorum, & earum mulierum, in quibus non impermissa Veneris furta. quod initio libri professus est:

Este procul viitæ tenues, infigne pudoris,

Quaque tegis medios instat longa pedes.

colores, quos ibi enumerat, hi sunt. multos enim errare video in illis coloribus exponendis: cæruleus galbinus. undulatus. croceus. myrtleus. amethystinus. rhodinus, vel roseus. gruinus, quem Græci *ρεγάνειον*. castaneus vel castanatus. amygdalinus.

cerinus. atque hi fere colores, alii que ex variis herbis tincturæ aptis, libertinarum, atque aliarum mulierum insimi loci atque ordinis, erant destinati. at matronæ purpureas vestes cum multo auro, gerebant vulgo. quem pretiosum amictum, ab illis secundi ordinis mulieribus abdicat poëta illo loci:

Quid de veste loquar & non jam segmenta requiro,

Nec quæ de Tyrio murice lana rubet. matronarum igitur habitus ante imperium Cæsarum purpureus & auratus. Servius III. Æneid. Cato ait deposita veste purpurea, fœminas usas cæruleas cum lugerent. Valerius lib. 11. cap. 1. de matronis Romanis: *ceterum, ubi non tristis earum, & horrida pudicitia, sed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, & auro abundantia, & multa purpura usæ sunt. in promptu sunt alia non pauca auctorum loca, quibus id probetur, si pluribus probari opus esset. sib[us] imperatoribus vero jam inde à Julio Cæsare purpureus usus privatis interdictus. nam hic primus, Suetonio referente, lecticarum usum, & conchyliata vestis, & margaritarum, nisi certis personis & astatibus, perque certos dies ademit. quibus verbis non penitus usum purpureum ademisse Julium videmus, sed modum ejus usurpanda statuisse, ex personarum dignitate, & astatum qualitate, & per certos dies. at Nero prorsus sustulit, interdixitque usum amethystini & Tyrii coloris. Suetonius in ejus vita: *Quinetiam inter canendum animadversam matronam è spectaculis verita purpura cultam, demonstrasse procuratoribus suis creditur, detracitamque illico non veste modo, sed & bonis exxit.* idque postea sub aliis deinceps imperatoribus tenuisse usque ad hunc Aurelianum videtur; quem permisisse heic scribit Vopiscus, ut matronæ tunicas purpureas, & cæteras vestes haberent. hinc apud Vopiscum in hac eadem vita supra legimus, vestes matronarum purpureas fuisset, quod patet ex his verbis: me-*

554 FLAVII VOPISCY SYRACUSII
cas haberent, & cæteras vestes, quum antea coloreas
habuissent.

ministris enim fuisse in templo Iovis Optimus Maximi Capitolini pallium breve purpureum lanestre, ad quod cum matronæ, atque ipse Aurelianus jungerent purpuras suas, specie cineris decolorari videbantur cetera divini comparatione fulgoris. jam cum enim purpureas vestes gerebant matronæ, Aureliani concessu. & notwithstanding purpureas ibi vestes, vel purputas Vopiscum dixisse, quas hoc loco blatteas vocavit: ne cum viro doctissimo censemus, blattam exquisitissimum purpura genus fuisse. atque ideo minus mirum, si jus non fuit matronis blatteas tunicas, & ceteras vestes habendi. nam blattam, ut notum est, recentiores dixerunt, quam vetustiores purporam. Blatta, vel blatteae proprie bullæ luti ex iitteribus, ut ex Festo scribit Paulus: sic etiam vocantur bullas sanguinis concreti. unde in Glossis: blattea, θρησκευματι. hinc blattum, hoc est sanguineum pro purpureo: nam sanguineum colorem, & purpureum eundem esse voluerunt. Servius lib. iii. sed quoniam sumptuosum erat, & crudeliter victimas, vel homines interficere, sanguinei coloris cepta est vestis mortuis injici, ut ipse testatur VI. Aeneid.

Purpureasque super vestes, velamina nota.

ubi manifesto sanguineum & purpureum eundem facit. Plinius de Tyro colore: Laus ei summa, color sanguinis concreti, nigricans aspectu, idemque suspectu resplendens. unde & Homero purpureus dicitur sanguis. hoc genus purpura blattam vocarunt. quæ vox, ut dixi, concretum sanguinem significat, & similitudine luteæ blattæ. adeo quod saniem purpuræ, sanguinem, & cruorem etiam appellarentur. Cassiodorus: scilicet ne sanguis ille nobilis aliquid spiraret horroris. alibi nigredinem sanguineam, & humorem sanguineum appellat. optimæ Glossæ: blattæ, θρησκευματι. την κυνηγιαν.

λαβ. nam blattam, & blatteam & blattellam pro eodem dicebant. ut buccam, buceam & buccellam, την φερετον. male igitur doctissimi viri, qui à blattis vermiculis blattum appellari volunt. βλατταί recentiores Græci, non de blatta, vel purpura dicunt, sed de veste ipsa purpurea. Nicetas: νηματα ονειραί Διαγωνεχθες χρυσοι. pro quibus codex Græcobarbarus habet: βλατταί χρυσοι. vide quæ notavimus ante. falsum item est, quod ad hunc locum observat ὁ πατριος Casaubonus, vetitum prius colorem matronis, permisisse Aurelianum in vestibus tantum è lana. argumento utitur, quod Aurelianus concedere noluerit uxori, ut unico pallio blatteo serico uteretur. qui igitur aliis matronis concessisset, quod uxori negabat? sciendum est locum illum de holosericâ veste accipiendum, quam nemini utendam dedisse, neque in vestuario suo habuisse Aurelianum scribit Vopiscus supra. subserica vero passim in usu pallia & tunicae muliebres, quas ut blatteas, vel purpureas haberent, matronis concessit Aurelianus.

CASAUBONI.

I Cum antea coloreas habuissent, & multum oxyppaderotinas.] Coloreas, id est vario colore tintas, modo hoc, modo illo: quod præclare docet locus Ovidii quem jam indicavimus. coloreas vestis Latine, quæ in idiomate nostro, de couleur, sed nos coloream opponimus nigræ: hic vero opponitur blatteæ sive purpureæ. ita locuti sunt Romani. Augustus in testamento suo: gauapes, lodices purpureas, & coloreas meas. Cave pro eodem accipias coloreum vestimentum & versicolor: quod Græcis est ποικιλόχρωμα. talia vestimenta lege veteri Romanis matronis interdicta, quam T. Livius com-

commemorat initio libri xxxiv. *Oxy-*
paderotinas interpretamur coloris pæ-
derotini, sed saturi & non diluti. sic
dicitur oxyblatta in Codice, *blatta ex-*
quisitoris luminis. Color autem pæ-
derotinus non à cærefolio herba, quæ
dicitur quibusdam paderos; sed vel
ab acantho herba alia, quam Græci
Latinique alio nomine pæderotem
nominant: vel à gemma opalio, quæ,
ut Plinius auctor est, etiam paderos
propter eximiam gratiam à plerisque
appellata est. *Orpheus nominis ra-*
tionem indicat, quod colorem habeat
delicati & teneri pusionis.

Φημὶ δὲ τοι πέρπεντὴ ὀπάλιον ε-

ργαλαῖος.

Αὐγλαῖον. οὐσετὴ πέρπεντὴ χρόα πα-

δος ἔργον.

Sive autem ab acanthi foliis nomen
invenerit hic color, sive ab opalio
gemma, amoenissimus profecto est,
atque aspectu gratissimus. sed de his
plura alibi nobis dicenda.

SALMASIUS.

I Cum ante coloras habuissent.] *Coloras* hoc loco interpretantur, vario
colore tintatas, modo hoc, modo
illo. id contra usum est Latine lo-
quentium: qui variii coloris vestem
solent vocare, non modo isto, mo-
do illo colore tintam, sed quæ va-
riorum est colorum, & plures intex-
tos habet colores. Graci ποικίλα
ιμένη vocant, & ποικίλοχρωμα. sic
Latinis varia vestis, & variii coloris
vestis. Terentius in Eunuco:

Id visum est, quia tum varia veste or-
natus fuit.

Donatus de tragœdia & comœdia:
Leno pallio variii coloris uititur. hujusmo-
di igitur variii coloris vestes sunt quas
heic coloras appellat Vopiscus: quod
multorum ac variorum essent colo-
rum. hinc coloratos lenones vocat
Tertullianus, *coloris palliis indu-*
tos, *hoc est palliis variii coloris*. de
spectaculis: *ut facerdos coronatus*, *vel*
coloratus ut leno. sic in testamento Au-
gusti coloræ lodices accipiendæ: *gaufa-*

pes purpureas, & *coloras meas*. ubi
manifesto gausapæ colore dicuntur,
quæ variii coloris essent, non modo
hujus, modo illius: sed quæ varios
colores intextos haberent. aliter enim
non video quare debuerit Au-
gustus purpurearum gausaparum me-
minisse. nam *coloras* dicendo, uti-
que & purpureas complexus esset:
quippe & purpura inter colores. *glos-*
samentum sustulimus ex verbis Au-
gusti apud Charisium. male enim
vulgo legitur: *gausapes lodices purpu-*
reas. non ibi agit Sosipater de lodici-
bus, & quo genere dicerentur, sed
de gausapis tantum. *lodices igitur*
ad oram nescio quis addiderat, ut
interpretaretur vocem gausapas. quæ
postea in contextum temere infulta
sunt. *coloris igitur vestibus usa ma-*
tronæ Romanæ, cum *purpurearum*
usus eis esset interdictus. nam post
purpureas in pretio fuere coloræ,
quæ, vel aca, vel pectine pluribus
intextæ essent coloribus. unde *vestes*
pingere coloribus dixit Servius, *de acu-*
pictilibus. *colorum veteres in eo si-*
gnificatu usurpare, nullum dubium
est. sed ut magis id certum sit, uno
aut altero testimonio comprobemus.
lemniscos coronarum Festus colorias
fasciolæ interpretatur: *Lemmisci*, in-
quit, *id est fasciæ coloræ dependentes*.
ex coronis propriea dicuntur, *quod anti-*
quiissimum fuit genus coronarum lanae,
fasciolæ coloriæ sunt ποικίλες ται-
νιας, *vel ποικίλα Διαδύματα* quibus
corona ornabantur, quæque ex coro-
nis dependebant. Græcus inter-
pres Pindari: *μίτρας γεννοῦ τοῖς σεφά-*
νοις καὶ ταῖς νίκαις. μίτρας γεννε-
τει τοῖς σεφάνοις καὶ Διαδύματα ποικίλα
εἰδῶλοι οὐδεῖν. Διαδύματα ποικίλα
illi scholiastæ, sunt *quas colorias fas-*
cioles vocavit Festus, *lemniscos* scilicet
coronarum: *qua vox est Sicula*.
ita enim Siculi appellabant servis
recitantes. antiquus auctor libelli qui
de cæna Domini inscribitur, & Cypria-
no vulgo adscribitur, vestem Thamat
colorinam *appellat*. Azelinus quidam

Rhe-

Rhemensis Monachus, ante aliquot secula libellum illum versibus reddit, & hunc titulum libro suo quem manuscriptum doctissimi Jureti beneficio habui, addidit: CENA AZELINI REMENSIS MONACHI QVAM CONDIDIT AD HEINRICVM IMPERATOREM 2MITATVS CYPRIANVM EPISCOPVM CARTAG'ENSEM. Is igitur Azelinus, vestem Thamar coloriam dixit, non colorinam, ut vulgo apud Cyprianum legitur. sed colorium, & colorinum idem, ut cocceum & coccinum. verba Cypriani: Maria floram, Susanna castaninam, Mysis conchylinam, Abel purpuream, Levi sp. uracinam, Thamar colorinam. quam coloriam, vel colorinam vestem heic Cyprianus hypobolimaeus dicit, D. Hieronymus polymitam & variam appellavit in epistola de castitate servanda: quando adstitit regina a dextris eius in vestitu deaurato circumdata varietate, qua ueste polymita, & multarum virtutum adversitate contexta induzit fuit & Ioseph, & regum quondam utebantur filii. locus de tunica Thamar habetur, secundo Reg. c. xiii. ubi in Hebrao est, כהנחות פְּנִים, id est, uestis ex variis fustis & pannis contexta. ita etiam vocatur tunica Joseph Genes. xxxvii. Graci interpres ποικίλον χτένα reddiderunt, Latinus polymitam: Hieronymus modo polymitam, modo variam appellat illam Iosephi tunicam in epistolis. in paraphraesi Jonathanis nominatur paragoda. paragoda uestis dicitur pannis & institis versicoloribus praetexta, atque ut loquitur Hieronymus loco paulo ante citato, varietate circumdata, sic varia uestis, & polymita, & paragoda, & coloria eadem: eaque est, quam Graci ποικίλων vocant. Notandum tamen est, quem lxx. interpres cap. xxxvii. Genes. ποικίλον χτένα reddiderant, de ueste Joseph, ασραγαλώς χτένα vertisse lib. ii. Reg. cap. xiii. de ueste Thamar: καὶ ἐστιν αὐτῆς τῇ χτένᾳ ασραγαλώς ὡς ἡ τῶν συεδίδυσκον τοῦ Ιησοῦτος Θεοῦ βασιλεως εἰς παρθένοις

τοὺς ἐπενδύτες αὐτῷ. quos sequutus vulgaris Latinus interpres talarem tunicam reddit. sed & tunicam quoque illam Josephi varierate colorum insigiem, quam ποικίλον χτένα lxx. nominant, & versio vulgaris polymitam, Aquila ασραγαλεον in sua interpretatione vocaverat. ασραγαλεος, & ασραγαλως idem. ασραγαλως χτένα Gracis dicitur tunicata laris, ο μέχρι το ασραγαλων καθηκων. Pollux: καὶ η ουμισιον χτένα εστι ποδηρης εστι το το ασραγαλων καθηκων. sed opera preium est disquirere, quid ita septuaginta illis interpretibus placuerit eamdem uestem modo ποικίλων, modo ασραγαλων transferre, nam qua ratione ductos putamus eos genus illud uestis, quod Hebrei Ketonet pašim appellant, hoc est uestem frustorum & particularum, vertisse ασραγαλων, id est talarem? Rationem aliam nisi hanc quam dicam, haud ullam scio. tunicis talaribus subsuebantur panni vel instita versicolores, qui extreemam uestis oram ambiebant, & ornabant. nec unum tantum aut alterum ejusmodi pannum de diversis coloribus textum uestibus adsui moris erat, sed pluribus etiam interdum institis, ad pedes usque & talos descendantibus, in imo per circuitum prætexebantur. Graci πέρις vocant, & πέρις, Latini limbos, & institas, & pannos, Hebrei vero Κέτον. hinc περιφόρες χτένα Gracis, qui hujusmodi πέρις prætextas haberet, quem Hebrei Ketonet pašim, ut diximus, nuncupant. περιφόρες autem χτένες Gracis sunt, tunicae talares. Pollux: εἰ δὲ τοις ἀνα παινοφορι καλέντι πέρις καὶ πεζίδες καὶ πεζίς τοις εταῖς πέλευ φασθήσεται περιφόρες χτένες, οὐδὲ ποδηρης οὐ πέζας ἔχοντες. idem Pollux: τοις ζωμοῖς εστι μέ επιπέδειον σύδιωμα, πέζας δὲ εξ αἱρέσθαι Αἰχόλον δηλοι περιφόρες ζωμοῖς διποιηλῶν. περιφόρες alii in Aeschilo talares interpretabantur.

tur. Hesychius: πεζοφόρης ζώμεστιν. Αἰχνής τοξοποιον, απειροπέζας ἐχόντων τη χτῶναν. πνεὸς δὲ ποδῆρος. ζώμης δὲ τὸ ἔνδυσθαι. sic πεζοφόρης γέτων Græcist tunica est: quæ πέζας hoc est pannos, & institis per extremam oriam subsutas habet, & quæ ad talos usque demissa est. tales erant Romanarum matronarum tunice, talares scilicet, & institis ornatae. Horatius:

Quarum subsuta talos tegit instita veste.

at libertinarum vestes, & earum quæ corpore quæstum faciebant, nec institas habebant per circuitum extimum, nec talares erant. sic apud Græcos ποδῆρης σολῆ, talares vestes limbis ferme & institis ad imum erant ornatae. Hesychius: ποδῆρης σολῆ, τὸ εἰς τὸ κράτος γέ ματις κεκλωσθέν. ira legendum. intelligit hujusmodi fascias & ornaturas, quæ talaribus stolis adsuebantur. κλωσματα & λαύρας dicebantur, & κλωστῆρες & βάρυματα. idem Hesychius: κλωστήρε τὸ κεκλωσθέν, βάρυματα. idem alio loco: λάμια, ράφη, κλωστῆρες, ή εἰς τὸ κράτηρον γέ ματις λάμια. Attici διχοίσες in mulierum vestibus, pannos istos vel limbos, quibus prætexebantur, vocabant. Hesychius: ὀχθοῖσοι, φειάπλειοι πνεὺ εἰσθαστοι τοὺς χτῶνας ἀκαλθοῦσιν ὀχθοῖσοις. εἰσ δὲ τὰ λεγόματα λάμια. Etymologicum magnum: λάμια τὸ γυναικεῖον, δι τὸν Αἴτιον ὀχθοῖσθαι λέγεται, η τὸ εἰς τὸ κράτηρον γέ ματις ἐπιβληματα εἰς βύστην πορφύρας η κόκκη. ex quo eriam discimus versicolorias istas fuisse institas, & ex diversis inter se mixtis coloribus, ut plurimum textas. diversi sane semper ab ipsa veste coloris fuere, επερχογα επιβληματα vocat Balsamo ad conc. vii. can. xvi. γέ τε πνεὺ επερχογα επιβληματα φεοστίθεμα εἰς τοὺς ἀκρογις τη ματιαν. cum igitur talares omnes tunice versicoloribus limbis & pannis prætexeren-

tur, haud mirum est si Græci Bibliorum interpres tunicam Thamar, & tunicam Joseph coloearum institarum varietate circumdataam, partim ποικίλον χτῶνα, partim οὐργαλλον verterunt. utrumque enim tunice illæ fuere, & talares & variæ utrumque expressit vulgaris interpres in sua translatione. nam vestem Joseph, & talarem & polymitam vocavit Genes. xxxvii. vers. xxxiv. Azelinus talarem tantum vocat in his rhythmicis versibus:

Joseph talaris tunica

Vestitur innocentia.

Infectam capri sanguine

Tollit pro pulcro munere.

at varia & polymita semper apud D. Hieronymum appellatur. vestem porro illam Thamar coloriam, & variam, quam LXX. οὐργαλλον translulerunt, Symmachus χειροδόλον, Aquila καρπολόν vertisse dicuntur. Χειροδόλος & καρπαθος χτῶν idem est. nam καρπαθος γέτων dicitur, ο μέχεις καρπῶν χρίδας ἔχων. Posidonius Stoicus apud Athenæum lib. xii. ἐφ' οὐς χτωνίσκον σύδεινας ποδῆρη μέχει τη καρπῶν χρίδας ἔχον. talares autem tunice, ferme erant & manicatae, ut ex hoc loco Posidonii apparet. Cicero cum talaribus & manicatis tuniciis. quemadmodum vero talares tunice circa extremitatem institis erant prætexta, & fasciis versicoloribus, sic etiam circa manum, ubi manicae, variis & picturatis limbis variegatas & fimbriatas fuisse minime dubium est. Cæsar Julius, referente Suetonio, utebat lacriliavia tunica ad manus fimbriata. vestis igitur illius Hebraica notio ex diversis pannis consuta in Josepho & Thamare, tam talaris tunice quam manicatae convenire potest. hinc interpres, & χειροδόλον & αἱρασιλαθον de eodem vestimenti genere dixerunt, & τη ποικίλον χτῶνα intellexerunt. atque hac est tunica quam coloriam vetus auctor vocavit. inter colorium porro, & versicolorum, hoc puto descri-

discrimen, proprie loquendo, statui posse; quod quidquid versicolor est, etiam colorum sit, at non omne colorum utique & versicolor. versicolor igitur proprie dicitur, quod colorum subinde mutat, & alio modo resulget cum aspicitur, alio cum suspicitur, atque etiam alio cum despiciatur, & colores alternat. talia sunt colla columbatum.

ἄλαστρον κεράμιον
Græci vocant, & nos couleur changeant. sic infra in epistola Hadriani: calices tibi allassontes, id est versicolores transmisi. vestes sericeæ, in quibus trama alterius, & stamen alterius coloris est, versicolores plane exeunt. at coloris simpliciter dicuntur, quæ variis coloribus pictæ sunt, aut de variantibus liciis in figuratas animalium effigiatæ, aut diversis clavis intextæ, aut limbis picturatis prætextæ. versicoloria tamen Jurisconsulti generaliter appellant omnia quæ tincta sunt, & colore nativum mutaverunt. nam Ulpianus D. de fideic. & leg. 111. versicolorum appellatione coccum & purpuram contineri dicit, quoniam nihil nativi coloris habeant. leg. 1xx. eod. tit. & ideo neque album neque naturaliter nigrum contineri, (versicolorum appellatione) nec alterius coloris naturalis: purpuram autem & coccum, quoniam nihil nativi coloris sunt, contineri arbitror. & Paulus leg. 1xxviii. eod. tit. coccum, quod proprio nomine appellatur, quin versicoloribus cederet nemo dubitavit. quidquid igitur tinctum erat, & naturalem colorem verterat, versicoloribus adnumerabatur. & hoc sensu versicoloria accipiunt Jurisconsulti. sic tintam lanam, à versicoloris non separat Paulus leg. 1xxii. D. de auro, argento. non mutat, inquit, substantiam non necessaria verborum multiplicatio, quia Labeo testamento lanam, deinde versicoloria scripsit, quasi desit lana tincta, lana esse. in eadem legemtio est coloris & versicoloris vestis. ubi coloris vestis est multorum & variorum colorum, non ea quæ nullo externo colore imbuta est, ut perpetram accipiunt, qui colorium volunt esse τὸ αὐτόφυες. at versicoloria simpli-

citer tinctitia, hoc vel illo scilicet colore tincta. versicolor raman & versicolorum Latini vocant, quod Græcis ποικιλόχρωμα, & quod colores aspectu suspectu variat, & alternat. Glossæ: versicoloria, ποικιλόχρον. lege Oppia cautum erat, ne mulieres vestimento versicolore uterentur. vide Livium lib. xxxiv. ubi vestimentum versicolor, est ἀριθμόπον. sic Pici Mattii versicolores a. apud poëtam. & versicolor sagulum Gallorum Tacito. sic versicolor & colorum plerumque confundunt. Græci γυμνάπιον, vocant coloreum. Attianus in periplo maris Erythraei: οὐχὶ δὲ εἰς τὰς τόπους τέττας μεταβαῖναι. Σαρπηδίνη φαῖ τὰς Αἰγαίου γύμναρις. δραστηρίης τολμαῖ, τῇ πόλει νόθοι γυμνάπινοι, τῇ λεπτᾳ, τῇ δικρέσιᾳ. ἀνθολοὶ γυμνάπινοι, sunt colori singillones. doctus vir qui abolla illo loco vertit, ignorabat quid essent ἀνθολοὶ. meminit quidem aliis locis eodem opusculo abollatum Attianus, sed ἀνθολας nominat. ut paulo post: καὶ μεταπόντιον ἀνθολας τῇ παναγίᾳ απαλοὶ item: καὶ κύπερος, τῇ ὁδῷ νοι, καὶ ἀνθολας τῇ λαθικες επολλας. sed ἀνθολοὶ aliud sunt. ἀνθολας γυμνάπινοι vocant, quæ alio nomine ἀνθοίδες, & ἀπληγίδες dicuntur. ut ἀνθολας iidem dicunt quæ aliter ἀπληγίδες, in Græco epigr.

Καὶ ἀνθολοὺς γλαῖναν περιγράψει —

ἄνθος igitur γιτῶν vel ἀνθολοὺς, est singillo. Hesychius: ἀνθολον, ὄνομα συνζείς quod, malum, heic συνζεῖον est? an pro littera vel elemento accipiendum? relinquam aliis querendum, an aliqua ex Alphabeto littera sic nominetur: ego vero legetim, ὄνομα συνζείς, vel συνζεῖς. σύνον est tunica, quam & συνζελον dicebant. Isidorus, stigium appellat quod scriptum est pro stichium. sic aristologia scriptum apud Vegetum, de re veterinaria, pro aristolochia. in Glossis: stigium, genus vestimenti. stigia, tunica. pro stichium & stichia.

stichia, quæ & sticharia vocabantur. optimum Glossarium: *strictoria*, στιχαια. *strictoria* Latinis erant tunice, quod ad corpus stringerentur. quæ Græci recentis ævi, σφικτηρια vel σφικτεια appellantur. hoc est verbum verbo, *strictoria*. atque hæc in transitu dicta sunt. ἀσθοις igitur χρωματινοι sunt coloria vel colorinæ tunica. idem Arrianus, λάκης χρωμάτινος, eodem libello dixit: οὐδέποτε Ινδιοι τὸ πλατύπερον, ή λεγεμόν μοναχοι, ή σαμαρινηῖα, ή πατέρων μοναχοι η καυταῖα, η μηλίνα, η πιθηνες ὄλιγα, η λάκης χρωματινος. λάκης ibi genus vestis. sed quis λάκην apud Græcos in eo significatu legit? puto minima mutatione scribendum λέκκης χρωματινος. λέκκης & λέκκη Græcis auctoribus pro lana sumitur. Hesych. λεκκης, παραψις. λέκκη, χλαῖνα. sic coloreum vel colorium idem est, quod χρωματινος & πολύχρωμη significat, & multicolor. χρωματη quoque Graci in eodem significatu usurparunt. stragula variis coloribus intexta, & picta fuisse nemo ignorat. hinc *polymita stragula* apud Martialem: & *stragula picta Tibullo*. Achmes, χρωματινηστρωματη vocat. hoc est ad verbum coloria, variis nempe coloribus depicta. cap. cccxxv. εἰν τῷ τοῦ ἐπικριμένου συ αἴπαλοις χωματαὶ τινὲς εἰς τὸ αποχριστέα χρωματη. notabis mihi ab Achmene distingui χρωματινηστρωματη & αἴπαλο. per αἴπαλο τρώματη absque dubio intelligit villosa: per χρωματη, τὰ φιλά. quæ de variis coloribus plumabantur, & acu pingebantur. hinc *plumarius* in Glossis Φιλοσόφος exponitur qui τὰς φιλὰς plumat, & liciorum varietate multicoloria depingit. eadem Glossæ: *Bibylonicum*, φιλά, πολύμητος. sed de his alibi. αἱθηνης etiam Græci eodem

plane sensu dicunt, quo Latini colorim. αἱθηνης enim illis est color. Hesychius: αἱθηνη, χραίματη. Philostratus: οἰκαναί αἱθηνη, αερούμ picturæ. hinc αἱθηνη ἔδης, vestis coloria, hoc est variis coloribus picta. notavimus supra ex Donato lenones in Comœdis apud veteres palliis variii coloris induitos fuisse. *Leno*, inquit, *pallio varii coloris* utitur. Pollux αἱθηνοι πελεόλαιοι vocat, quo utebantur lenones Comœdi. ποροβοσκοὶ δὲ χατῶν βατῆρις καὶ αἱθηνη πελεόλαιοι ειδέδωτοι. αἱθηνοι πελεόλαιοι est pallium variii coloris, & varium: non hoc vel illo colore tintum, ut vir doctus accipere visus est. sed quod varios simul colores intextos habet, uno verbo, colorium. hinc αἱθηνη ἔδειφη Græcis, picturata pavimenta, & lapidibus variii coloris tessellata. Athenæus lib. xii. αἱθηνη τε πολλὰ τοῦ ἔδειφων εἰς τοὺς αἰρετούς αἱθηνη τοῦ δημιουργῶν Διοπεποικιληρία. longe falluntur eruditissimi viri qui αἱθηνη pavimenta, florida interpretantur, & αἱθηνης ἔθηται vestes floridi coloris verrunt. aliud αἱθηνη, aliud αἱθηρόν: et si non nesciam Hesychium αἱθηνη & αἱθηρη idem facere. sed auctorum usus repugnat. αἱθηρη vestis diceretur floridi coloris, sed unius: αἱθηνη vero variii coloris. αἱθηρη χρωμα Græci dicunt, de intensiore colore & saturo, minime que diluto, sed integri ac recentis verique luminis, quod ἔξεν χρῶμα & αἱθηνη etiam appellant. ὁζεῖα φενικίδες Aristophani, αἱθηνη πορφυρίδες Xenophonti, quæ sunt veri coloris, & ἔξιτηλοις, & evanidis, extinctaque floris purpuris opponuntur. in Oeconomico: η εἰ πειρώμενοι σε ἔξιτηλαν λέσαν ὡς πλεῖστη τοῦ ἀνταν ἔστι μηδεὶς ἐπιδεικνύει τοῦ δέρματος κιβηλον, δηλοῦν δὲ καὶ ὅρμας ἴστοξύλες καὶ πορφυρίδες ἔξιτηλας φαίνεται αἱθηνης εἶναι. inde & αἱθηρη πορφύρα, αἱ θερηγη ἄνθης καὶ πεόσφαῖτη χρωματη, quæ & ὁζεῖα dicuntur, & αἱθηνη. vide

at the outside, had coloured
560 FLAVII VOPISCI SYRACUSII
habuissent, & ut multum oxypaederotinas. Et
fibula.

vide Suidam in voce βάθυμα. floridi colores Plinio opponuntur austoris. floridi autem, ut minium, Armenium, Indicum, cinnabari, & sandaraca. hinc Graci ἀνθεγή de rubro & purpureo colore absolute usurparunt, ut & ὄξυν & αἰλινίον. Hippocrates ἀνθεξ ἐρυθματί vocat, & αἰνθερὶ πήνηματα τὰ ἐρυθρέα ή ψφαιμα. & πυρράς ἐμπαλαστρος apud Medicos, quas etiam αἰνθερὶ vocant. & αἰνθερὶ σωθέσις rubri coloris. hinc αἰνθερὶν χράμα Dioſcoridi de corallio: οὐ εἰσον δὲ ἐστι η τὰ πυρρὸν τὴν χρόαν, η ἐμφερὲς αἰνθερὶν χράματι, η σάνδικος καὶ λαγκῆς. Hesych. αἰνθεγή, σωθέσις. color autem sandarachæ, οὐ καὶ λαγκῆς πυρρός. Etymologicum magnum: κάλλας καὶ λεῖτη τὰ κάτωτερα τῷ αἰλεκτρυνόντων αἴστερος φύεισα, Διός το εἶναι αἰνθερὶν πορφυρώδη. sic ὄξυν quoque pro rubro & purpureo & coccino usurparunt. Nicetas ὄξυνα φῦτα παθήματα vocat, τὰ ἐρυθρά η τὰ ψφαιματα. in codice Barbarico ὄξεα παθήματα dicuntur. de oxyblatta & oxypterotinis vestibus nos alibi. αἰλινίον etiam pro puniceo & purpureo apud Gracos. vide quæ supra observavimus. sic αἰνθεγή η ὄξυν η αἰλινίον χράμα idem. at αἰνθερὶν ἐθῆτες non sunt αἰνθερὶ, hoc est rubri vel punicei purpurei, aut alterius cuiuslibet coloris floridi, sed varii mixtique. τὰ αἰνθερὶ φορεῖ solis meretricibus apud Athenienses erat permisum. Romæ quoque lege Oppia versicolorum vestium usus mulieribus erat impermissus, atque id stante republica. nam sub imperatoribus, postquam purpuræ usus mulieribus interdictus est, versicolores vestes, hoc est αἰνθερὶς ἐθῆται passim, ut videtur, gestare coeperunt matronæ Romanæ. inde est quod Vopiscus scribit hoc loco, Aurelianum matronis concessisse, ut blatteas tunicas ha-

berent & ceteras vestes, quum ante coloreas habuissent, & ut multum oxypterotinas. αἰνθερὶς ἐθῆται est colorias, mulieribus vestes vox Plutarchus in capitulis Romanis: ἐπίγανον δὲ οἱ ποικίλοι Διός την παχίδια η τὸ πότον σὺ ἐθῆσαι αἰνθερὶς η γυακετάς ὄντες. sic ποικίλη & ποικιλητὰ ἐθῆται, apud Artemidorum jungitur lib. II. cap. III. εὐ η τὰ ἐσπράτις η πανηγύρεα τοῦ ποικίλου & τη γυακετά ψλάπτει παχίδια idem in fine capitulis ποικίλας, & αἰνθερὶς ἐθῆται junctim posuit, & mulieribus utrasque attribuit, hoc est colorias, & versicolorias vestes, coloris floridi: γυακετή δὲ ποικίλη αἰνθεγή ἐθῆται συμφέρειν καὶ λαγκῆς ταῖς τοιασταῖς, η δὲ Διός την τρυφῶν, αἰνθερὶς ἐθῆται χράματα. τὰ δὲ ἐθέραριππα πάντας αἰγαθὸν σηματεύει. πατερινές opponit ἐθέραριπποις, si quenam tibi & sui coloris sunt, versicoloribus non adnumerantur apud jurisconsultos. purpura & coccum interversicoloria. purpura & coccum, sunt artēgoς χράματα. αἰνθεγή ἐθῆται Graci floridi alicuius coloris, ut purpurei & coccinei. sic ποικίλη & αἰνθεγή coloria & versicoloria vestis reddi potest, immo & reddi debet. βαπτίζει quoque Graci aliquando ponunt αἰνθερὶς & αἰνθερὶς, & pro eo quod aliquo colori tintum est, & nativi ac sui coloris nihil amplius habet: aliquando etiam pro colorio & vario. sic βαπτίζεις, ο ποικίλης apud Aristophanem & βαπτίζει μεταξι, τὰ ποικίλα, & βαπτίζεις Gallorum Diodoro, coloria tunicae. Hesychius αἰνθερὶς βαπτίζει interpretatur. sed de his alibi distinctius. nunc sufficiat docuisse quo sensu colorium apud Latinos accipetur, & quānam dicerentur coloria vestes hoc loco.

*1. Et ut multum oxyptaderotinas. Noli
heic accipere, ut multum, sis enim tu mo-*

λν. quasi frequentius matronæ, & vulgarius oxypæderotinas gestarent, quam coloreas. contra enim est, quibus plurimum permisum fuerit, facultatem eis oxypæderotinas habendi datam vult. hoc enim designat, ut multum, id est ad summum. sic, ut minimum, pro ad minimum Mætialia:

U: minimum, libras debet habere duas: idem lib. x. ep. xi.

Et lotam, ut multum, terque quaterque togam.

habuisse igitur, ut multum, pæderotinas vestes matronas Romanas, dicit Vopiscus, quasi multum fuerit, pæderotinas eis fuisse concessas. pæderotinus autem in vestibus color, non à pæderote herba, sive cærefolio, sive acantho, sed à pæderote gemma. nec enim herba illa vim habent tingendi, aut ullum folio vel flore colorem præferunt, cuius nomen aut similitudo in vestes transire meruerit. acanthina quidem vestimenta ab acanthio herba fuere nota veteribus, sed non à colore acanthii sic nomina-ta: texebantur enim ex lanugine qua folia acanthii sunt obducta. de quo Plinius lib. xxiiii. cap. xii. de his acanthinis vestibus locus Varronis apud Servium sic est corrigendus: cum dempti sunt aculei, ex his implicitis mulieres multiplicem confidere vestem; hinc vestimenta acanthina appellata. at Servius vestes in similitudinem acanthi ornatæ & confestas accipit, & sic intel-ligit versum poëta:

Et circumtextum croceo velamen acantho. quam bene, nos infra docebimus. pæderotinæ igitur vestes, à pæderote gemma, quam alio nomine opallium dixer. Hesychius: παρδερόπας ἡ σφραγίς. sic amethystinus color, ab amethysto gemma. quemadmodum autem in purpura varii sunt colorum gradus, & luminis, ut verius dicam, differentiæ: quæ prout pressior sati-riorque est, vel dilutior, ita nomina invenit; unde blatta & oxyblatta. sic in pæderote gemma varii eluent co-lores. est in his, inquit Plinius, carbun-culi tenuior ignis. est amethysti fulgens pur-

Tom. II.

pura. est smaragdi vires mare, & cantha pariter incredibili mixturaluentia. cum igitur ex pæderotibus alii fuscoris coloris sint, alii dilutioris: meliorem illum esse colorem constat, secun-dum eundem Plinium, cuius colori vini colore fulcatur; quam qui diluitur aqua. atque hic erat, ad quætingentium officinæ dirigebant vota, cui & oxypæderotinum videntur nomen fecisse. non magnum sane dis-crimen apparer fuisse inter amethystinum, & oxypæderotinum. quare non mirum est eum colorem, ut pre-tiosiorem, & purpura propiorem rarius fuisse matronis usurpatum. Nero, ut ex Suetonio didicimus, non so-lum Tyrii, sed etiam amethystini coloris usum privatis interdixerat. Ovidius tamen amethystinum inter pretii levioris colores entumet, quem inter alios plurēs & viliores concedit mulieribus artis suæ. videatur ergo matronæ in solarium ademptæ pur-pura vel conchyliatæ vestis, aut ut tum loquebantur blatteæ, quæ etat magni pretii, amethystinas & oxypæ-derotinas, quæ proxime ad purpureas accederent, in usu habuisse. Sed quid faciemus illi loco qui habetur in Ale-xandro Spartiani? purpura clarissime non ad usum suum, sed ad matronarum, si que aut possent aut vellent, certe ad vendendum gravissimum exactor fuit. clare enim indicat hic locus, matronis vestes de purpura, etiam clarissima, fuisse fre-quentatas. quomodo igitur ratio con-stabat huic nostro Vopisco, qui ante Aurelianum negat alias vestes matro-nis habitas, quam coloreas; aut ad summum, oxypæderotinas? fortasse dicendum non ex hoc facto Alexan-dri posse argui vestes purpureas adeo promiscui fuisse usus, ut passim lice-ret matronis omnibus eas usurpare. ideo addidit Spartianus: si quæ aut pos-sent, aut vellent, non omnes igitur potuisse, nec quæ etiam poterant, vo-luisse. præterea cum purpuram cla-rissimam vellet vendere hic censorius imperator, qua ipse non utebatur, oportuit esse qui emerent. danda igi-

N n

tus

fibulas aureas gregarii milites haberent, idem primus concessit; quum antea argenteas habuissent.¹ Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit: ² quum an-

laec

tur fuit facultas, matronis quæ vellet, purpureas vestes habendi, ex purpura clarissima. idem ac par institutum fuit Marci philosophi, qui cum auctionem fecisset ornamento rum imperialium, vendidissetque omnia yasa regia, & vestem uxori am & suam, permisit viris clarioribus, ut eodem cultu quo ipse, & ministeriis similibus convivia exhiberent. omnia certe baphia, in quibus purpureæ vestes tingebantur, non fuere juris privati, sed imperatorii: & omnes species ibi tinctæ in vestiarium principis inferebantur, & ad usum ejus servabantur. hinc vestes habendi non fuit copia privatis, nisi si quas ipse imperator donaret, aut venderet, ut fecit Alexander: qui clarissimam purpuram exigebat, non ad usum suum, sed matronarum, si quæ vellent, aut possent emere. quæ verba etiam magis ostendunt, non passivum fuisse usum purpureæ vestis apud matronas: quem Aurelianus vulgarem promis- euumque fecit, concedendo, ut matronæ tunicas & ceteras vestes omnes blatteas haberent.

CASAUBONUS.

2 Et ut fibulas aureas gregales milites haberent, idem primus concessit.] Apud vereres fibulae aureæ inter præmia militaria donari solitaæ, & simul iuriis utendi: nam neque apud Græcos neque apud Latinos publici juris eas fuisse multi auctores sunt qui testan- tur.

SALMASIUS.

1 Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit.] Nolim mutari paragaudas, in paragaudias. nam paragaudæ, & paragaudæ dictæ, certe in lege Valentinianni & Valentis, Cod. de vest. holov. paragaudæ sunt ipsæ vestes: auratas ac se- ricas paragaudas anno intextas tam viriles

quam muliebres privatis usibus concrexerat prohibemus. at in alia lege Gratiani & Valentinianni, paragauda, sunt lora. Graci & Dæcianus tunicam ipsam appellant, vel potius Parthi, à quibus nomen ad Romanos manavit. rem autem ipsam jam ante Romani cognitam, & usu receptam habuere, ut alibi probamus. in vita Gallieni de paragauda tunica hac capienda sunt: purpuream tunicam australique virilem, eamdemque militiam habuit. paragaudam vestem intelligit. paragaudæ autem tunicae præter paragaudas, hoc est lora in circuitum prætexta, vel intexta, clavis etiam aureis erant distinctæ. quod ostendit locus ex Alexandrino chronico male doctissimis viris acceptus: Φορέας στάχιον ἀπεργού ωρόδρυαδίνης αὐτὸν ἔχον χειροῦ τολυμεῖα βασιλικὴ intelligit illam albam tunicam non solum paragaudiam fuisse, sed etiam auro-clavatam non minus quam eam chlamydem, cuius ante meminit: Φορέας σιφανον Ρωματαν, καὶ χλαμιδην ἀπεργού ὁλοσπρικὸν ἔχον αἰρῆ πορφυρά, χειροῦν βασιλικὸν ταῦλινα τοιλαῖα, & τολυμεῖα in vestibus eadem esse nos ad Vopisci Carinum ostendemus. non omnes tamen paragaudæ erant auro clavatae.

CASAUBONUS.

1 Paragaudas vestes ipse primus militibus dedit.] Malim, paragaudias, exposuimus ad librum superiorem.

2 Cum ante nonnisi rectas purpureas accepissent.] Rectas purpureas dicit, quæ segmenta purpurea recta habeant. segmenta vestibus appingebant, alia recta, alia transversa, alia etiam aliter. tenuiorum vestimentis recta solum inerant, & quidem singula. Longe aliter hæc scimus accepisse magnum

magnum virum Hadrianum Turnum: sed alibi causas afferimus, cur expositionem ipsius probare non possumus.

SALMASIUS.

² Quum ante non nisi rectas purpureas accipissent.] Vellem aliter sensisset vir doctissimus, qui rectas purpureas heic censem sumendas, pro vestibus, quæ recta segmenta purpurea haberent. idem sane est, ac si quis putet virgas dici posse pro virgatis vestibus. deinde, quis audivit rectam tunicam eam appellari, quæ rectas virgas intextas haberet? non magis sane, quam curvam quæ curvas, aut circularem vel rotundam, quæ in circuitu haberet praetextas. fecellit doctissimum vox *purpureas*. non enim putavit milites purpureas habuisse tunicas, quas soli gestabant imperatores. sed purpureum heic non blateum aut sanguine purpuræ tinctum designat, sed simpliciter rubrum, aut russum per rectas igitur purpureas intelligit Vopiscus *russas tunicas militum*, quæ & *Foixides* dicebantur. nam recta est tunica, ut paulo post dicemus. sic *ufflam factionem*, purpuream vocavit *Mattialis*:

*Si tibi purpureo de grege currit equus.
ut contra russum pro vero purpureo
dixerunt. purpureæ rectæ sunt tu-
nicæ russæ militares, quarum meminit
Trebellius in Divo Claudio: tunicas
russas militares annuas duas. Martialis
de Canusini russis:*

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis:
Et placet hic pueris militibusque color.
Græcis color hic πυρρὸς dicitur. Gloss.
πυρρός, rufus, rubricus, rufus. hinc
byrrī vel burri, Canusine russe. & sciend-
um est, ut Græci sub nomine πυρρὸς
plerumque etiam comprehendunt,
& ξανθὸς, & φοινικὴς & μέλινος:
sic Latinos rufum vel russum vocare
id omne, quod vel rubrum est, vel
flavum, vel croceum, aut luteum, coc-
cineum & purpureum. sic in epi-
grammate Græco vestimentum mili-
tis μέλινος dicitur:

Αὐτούς ή δέρματα καθίστανται
στρατιώτες
Αὐλός, σποφήγες μηλικα
λαμπτέα.

que μῆλινα λαγότη in illo milite
perperam Brodæus trahit in argu-
mentum mollitiei & deliciarum:
nam μῆλινον λᾶμα est vestis milita-
ris, ex colore militibus usurpato.
quam russam, aut croceam vel luteam
liceat interpretari. nam μῆλινος &
ξερβὸς eumdem esse colorem con-
stat. sic galbinam tunicam in Tetrico
viri doctissimi, ad ejus infamandam
mollitiem & ignaviam, ipsi imposi-
tam interpretabantur. in quo non
mediocriter errarunt. galbincum au-
tem & luteum, & croceum, & au-
reum Latini de eodem colore usur-
pant: ut Græci ξερβὸς, μῆλινος, πυρρὸς,
& similia. sic purpureas tunicas, hoc
est, russas & rutilas cum prius accipe-
rent ab imperatore milites, Aurelia-
nus primus eis dottavit *paragandias*,
id est loris auratis vel sericis in cir-
cuitum ornatas. ita pretiosiores,
quam antea solebant accipere, vestes
acceperunt, & habuerunt. dubio ca-
ret hæc interpretatio.

Cum ante nonnisi rectas purpureas accepissent.] Palatinus legit: cum ante nonnisi rectis purpureis accepissent. atque ita etiam vetus editio. non dubitem scribere: cum antea nonnisi rectis purpureis accepti essent. hoc est, donati essent. bene aut male accipi ab aliquo, & munere accipi, & cibo accipi, nemo eat inficias quin Latinae sint loquitiones. rectae autem heic sunt tunicae. Hesychius: πεντάριον, ἀνδρόπεδον χιτών. item: πεντάριον, δέσμωντας τελέων, η ipartiar. quæ vox Latina est, non Graeca. multas Latinas glossulas habet ille doctissimus Grammaticus, quas cum Græcis confundit, non admonito cui dialecto vel idiomati debeantur. quod sape imposuit doctissimis hominibus. rectas Festus esse ait vestimenta virilia, quæ patres liberis suis confienda curant omnium causâ. quantum ad nominis rationem attinet, idem esse

dictas autem, quod in altitudinem, & àstantibus texantur. Isidorus vero, quod sursum versum texantur, & àstantibus, sic sursum versum texi, & in altitudinem, de eodem genere texendi dicitur. vetus autem fuit textura ratio, qua stantes mulieres texebant. Grammatici notant ad illud Homericum, ιστροποιηθεὶς. οὐφαινόσαν. ὅρθι γέ οὐφαινόν. sic vulgo linteones stantes texebant. Servius ad illud:

Arguto conjunx percurrens pectine telas.
Aut ictu pectinis, aut manu percurrens, aut quia apud maiores stantes texebant: ut hodie linteones videamus. at in altitudinem texere, quid sit, non omnibus opinor esse notum. igitur sursum versum texere, vel in altitudinem texere, est quod Græci dicunt, ἀνα οὐφαινεῖν. quem texendi modum omnibus gentibus fuisse usitatum, præterquam Aegyptiis, narrat Herodotus, cuius hæc sunt verbalib. 11. οὐφαινόσαν εἰ τὸ ἄλλοι, ἀνα τὸν πόνον ἀδέοντες. Αιγύπτιοι δὲ κάτω. nam ἀνα τὸν πόνον ἀθεῖν, nihil aliud est quam ἀνα οὐφαινεῖν: hoc est, sursum versus texere. Aegyptii deorsum versum texebant, qui tramam in inferiorem partem trudebant. apud ceteras enim gentes cum trama, vel fila infra essent, in superioribus texebatur vestimentum: & sic trama semper pectine ad superiorem partem ducebatur & trudebatur. atque id, sursum versus texere, vel in altitudinem vocabant. insignis locus est Theophylacti in Euang. quem jam adduxit Ilaacus Casaubonus in exercit. xvi. cap. lxxxiv. ad annales B. sed pace clarissimi viri dixerim, Theophylacti mentem non attendit, & verborum ejus sensum minime percepit, quæ plane in contrariam sententiam accepit. Theophylactus: ἀλλοι δὲ φασί οὐτοις Παλαιστίνη οὐφαινόσαν τὸς εἰσαγεῖσιν οὐκέτι μέτραν, οὐταν αὐτοις μέτραν καταστήσειν.

Ἐπίμηχος, κατα δὲ οὐφαινόρρες πανις, καὶ ετασ διαβασιον Θ. αλλα τεναλιον κατα μὲν εἰσιν οἱ μέτρα, αλλα δὲ οὐφαινεται τὸ οὐφασμα. απει δι-
stinguit Theophylactus morem Pa-
lastinorum in texendo à more Egyp-
tiorum. illa enim verba, οὐταν αἱ
τὰ μέτρα, κατα δὲ οὐφαινόρρες πανις.
morem Aegyptiacum describunt. qui
sequuntur autem, αλλα τεναλιον κα-
τα μὲν εἰσιν οἱ μέτρα, αλλα δὲ οὐφαινεται
τὸ οὐφασμα. Palæstinorum modum
texendi significat, quem illis co-
mune fuisse cum cereris gentibus af-
firmare possumus. siquidem reliquæ
gentes, ut ex Herodoto notavi,
ἀνα τὸν πόνον ἀθεῖν, oportet igitur
hunc Theophylactum Aegyptium
fuisse, qui notat diversum genustex-
endi apud Aegyptios & Palæstinos.
nam illa, εἰς ᾧ πολέμησεν, de Aegy-
ptiis intelligimus. nisi velimus Græ-
cos postea modum illum texendi
Aegyptiacum usurpare. αναρχεῖν
etiam dicebant de illo genere texu-
ra, quæ fit in altitudinem, vel sursum
versus. & αναρχεῖν vocabant illo
genere texta. Isidorus Pelusiota de
Galilæis: πολέμησεν καὶ μετέπειτα τὸ τοιόν
φιλεῖ γίνεσθαι μετόπον, τεκην πη-
ώδεις εἰς σηποδεσμούδεις, αναρχεῖσθαι οὐφαι-
νόρρευσις. quæ verba item attulit Ca-
saubonus eodem quem dixi loco, sed
male vertit & accepit. αναρχεῖσθαι ipse
vult esse, arte quadam textum, pectinem
retrosum impellendo. immo αναρχεῖσθαι
est in altitudinem textum. & eamdem
rationem texendi innuit apud Galilæos Isidorus, quam apud Palæstinos
Theophylactus. αναρχεῖσθαι non sem-
per est retrahere, & retrosum duce-
re. sed ανα in compositione, τὸν ανα-
χεῖσθαι denotat aliquando, ut Gram-
matici loquuntur. ut in αναβασισθαι,
αναποθεᾶσθαι, & aliis infinitis. sic in ver-
bo, αναρχεῖσθαι. unde αναρχεῖσθαι quod
in altitudinem est percussum & tex-
tum. & notandum quod ait de fasciis
pectoralibus, quæ sic vulgo texi sole-
rent. ita enim Festus reticula recta
vocat.

Vocat, quæ sursum versus texta erant, non secus ac tunica rectæ. hoc est ad verbum, ανακρησεως. Regillis tunicis albis, & reticulis luteis utrisque rectis, textis sursum versus à flanibus pridie nuptiarum diem virgines induit & cubiculum ibant ominis causa, ut etiam in togis virilibus dandis observari solet. reticula non sunt fasciæ pectorales, sed capitales: & videntur eadem ratione, qua ηθόδεσμοι, texti soliti: Græci, κρητικόν φάρτος, & κρητικόν φάνη appellant. observabis etiam eam texturam quæ sursum versus fiebat, à stantibus factam. quæ fuit antiqua texendi ratio. Ægyptii qui ex diametro oppositam texturæ formam sequebantur, sedentes texebant, & ab illis institutum, ut à sedentibus tela texeretur. Grammatici: οὐ γάρ δέ τις Αἰγυπτία γυναικεῖον πλύν ὑφανεῖ. αφ' οὗ καὶ Αἰγυπτῖοι Αἴγυπτος ἀγαλματικοῦ πλύνειν ιδρύουσιν. Ægyptii qui sedentes texebant, iidem & deorsum versus tramam impellebant. quam texendi rationem omnes postea Græci videntur imitati. vetus autem illa consuetudo, & in altum texendi, & quæ à stantibus peragebatur, apud solos linteones remansit. sed & in Galilæa & apud Palestinos illo etiam genere texturæ, vestimenta detexi moris erat, ut ex supra citatis Isidori & Theophylacti potest cognosci. antiquo autem illo more quo stantes texebant, non pectine, sed spatha tela percutiebatur. insignis ad eam rem Hesychii locus, sed leviter corruptus, & sic legendus: σταθετὸν τὸ ὄρθον υφῆ, στάθη καρπούρος & ίσιν. ubi etiam notabis ὄρθον υφῆ. Græcis dici quod sursum textum est & à stantibus, ut Latini rectas tunicas dixerunt eo modo textas. inter veterem igitur & novam texendæ telæ rationem hoc intererat, quod veteres stantes, & sursum subtemen impellentes, & spatha percutientes telam texerent: at apud recentiores à sedentibus tela texebatur & pectine feriebatur, ac subtemen deorsum trudebatur. quod inventum Ægyptiorum fuit, atque inde ad Græcos

Romanosque manavit. utrumque genus eleganter descripsit & expressit Seneca epist. xc. cuius verba haud parcam adscribere: Ecce Posidonius, ut mea fert opinio, unus ex iis qui plurimum philosophie contulerunt, dum vult describere prius, quemadmodum alia torquentur fila, alia ex molli solutoque ducantur: deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quemadmodum subtemen inseritum quod duritiam utrinque comprimitis trama remolliat, spatha coire cogantur & jungi: textricū quoque artem à sapientibus dixit inventam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus in quo, Tela jugo juncta est, stamen secernit arundo.

Inseritur medium radiis subtemen acutis, Quod lato feriunt insecti pectine dentes. habes utrumque texendi modum, per spatham & per pectinem. tela quæ jugo jungebatur, quam & jugalem vocat Cato, eam sedentes mulieres derexebant, & pectine feriebant. quam vero suspensis ponderibus rectum stamen extendebat, & ipsa recta erat, & à mulieribus stantibus, & ambulantibus pertexi solebat. meminit utriusque, rectæ scilicet & jugalis, Artemidorus lib. IIII. cap. XXXVI. ισός ὥρθε Θεοντηνή τὴν διπληνίαν οπιζειν. ξενί γδὲ στεπατεῖ τὸν υφαίνοντα. οὐ δέ ἔτερον ισός κατέχεις ἐσὶ οπιζειν, ἐπειδὴ κατέξερδυας υφαίνοντα οὐ γυναικεῖς τὸ τοιότον ισόν. de recta tela accipienda Homeri verba, ισέν εποιησάντα. vide Grammaticos. sed nos in alio opere totam hanc textoriam artem, ita fufe detexemus, & filatim, ut sic dicam, aperiemus, oculisque subjiciemus, ut nihil adeo in illa obscurum sit quod non luce clarius fiat. Ut ad rectas revertamur, hac specie texturæ quidam ex antiquis patribus textam fuisse Domini tunicam, τὴν ἀρρέφον scripserunt. de quo videndus Cesaubonus, loco quem supra dixi. Ego vero quoniam belle sese heic dat occasio, non tenebo quin moneam, tam veteres quam recentiores in illa inconsutili tunica explicanda, tota regione aberravisse,

N n 3

& quo-

& quomodo vox ἀρραφός capienda esset, ignoravisse. verba Euangelistæ sunt: ἡλαῖον τὰ ἵμενα αὐτῷ, καὶ ἐποιησαν τέσσαρες μέρη, ἐκτίσω στάλατη μέρῳ, καὶ τὸ χτῶνα. οὐ δὲ ὁ χτῶν ἀρραφός εἰς τὸ ἀγαθὸν ἴφαις διέλλευ. putatunt enim omnes peculiare artificium & texturæ speciem non vulgarem in tunica Domini notari à Divo Johanne. itaque nemo non habetenus desudavit querendo & investigando quanam ratione tale detexi potuerit vestimentum quod surarain non habuisset: non posse enim per attem in tela hujusmodi vestem fieri. sed frustra fuere. rationem tantum tangit & indicat Euangelista, quare milites divisis Domini palliis, solam ejus tunicam non divisorint. & eam quidem quod esset ἀρραφός, & in totum textilis, ut sortirentur potius, quam dividerent aut scinderent, consilium inter se cepisse milites. nec vero existimandum est Dominum alterius generis tunicam gestavisse, præter vulgares & vulgo texi solitas in Palæstina, & apud Galilæos: qui an specialem texendi modum haberint, nescio. de illo certe, quem apud eos usitatum fuisse narrant Isidorus & Theophylactus, ut nimirum in altitudinem texerent, & pectine succuterent vestimenta, jam ostendimus non eum peculiarem fuisse Palæstinorum, sed cum multis gentibus communem: siquidem & Romanis frequens & usitatus fuerit, qui rectas tunicas eo genere textas vocabant. potuerit igitur & eo modo fuisse texta Domini tunica, qui in illis tractibus & solitus & communis fuit. Nunc doceamus quæ sit ἀρραφός tunica, & quo sensu sit accipienda. sciendum ex tunicis alias fuisse χειρός apud veteres, quæ & περούνι dicebantur & συμπορτή: alias ἀρραφός, quæ ex toto testa conclusa que, & nulla parte sutiles scissilesque, quemadmodum sunt camisia nostræ, & interulae sive laneæ sint illæ, sive lineæ. χειρός igitur χτῶνες erant, qui

ex ultraque parte in humeris fibula stringebantur. Pollux: ὁ δὲ γιγαντῶν περόνες καὶ τὰς ὄμοις διεύς περόνες illas φασίς etiam dicebant, & φαριδᾶς: quod studiose velim observari. nam in eo nostra hujus novæ interpretationis positum est fundamentum. Hesychius: συμπορτή, vel συμπορτόν, τὸ φαριδᾶς συνελιμένον καὶ τὰς ὄμοις χτῶνα hodie legitur, μὴ φαριδᾶς, contraria sensu verbī notioni. συμπορτόν, vel συμπορτήν χτῶνα vocat Hesychius, qui & χειρός dicebatur, & fibulis sive φαριδᾶς altrinsecus in humeris comprehendebatur. φαριδᾶς sunt Hesychio, qui Polluci περούνι idem Hes. ἐπεγγόχειλός χτῶν διατεταγμένος, διὰ τὸν ἑτεραν μαζαχάλιν ἔχει ορμήν μηλοῦ. quid alteram manuleam suam habebet: hoc est fibulatum, vel nodo strictam. ita enim hac erat operaria servorum tunica, ut una quidem parte μαζαχάλιον haberet, in quam brachium immitteretur, altera vero manuleam non haberet, sed in modum pallii amiciretur, & fibula neccaretur. Etymologicum magnum: ἕλαιος χτῶν διεύς τε καὶ ἱμάτιον, λιβύης ἐπομάχαλός. καὶ αιασολίον εἶτε λιαρέδην τὰς κομψότερα. sic emendamus illum Etymologi locum, in vulgaris inquinatissimum. quam Hesychius ἀρραφέριον μαζαχάλιον dicit, hic auctor fibula stringi solitam, & nodo alligari scribit, nam id significat χειρούμενός: idem nempe quod κόμης. Eustathius autem κομψός συνδεῖ fibulæ stringere, exposuit ad illud Homeris:

Α' μῆνι οἵ αἴρει χλαῖναν περούνιαν.
δέ τι περόνες οὐ γεννομένοις συνέδον.
κομψόν igitur vel κόμης & κόμη
εῖς, idem. simile vero loquendi genus apud Latinos auctores animadvertis, ut *futum pro fibulatum*, & *refutum pro rifbulatum* dicerent. vides mihi, & tibi nota hac Suetonii verba in Augusto: *fumenti virilem togam tunica laticla*

Laticlavi resuta ex utraque parte ad pedes decidit. resutam ibi non est aliter exponere quam refibularam, nodis scilicet solutis quibus tenebatur in humeris ex utraque parte. Χαῖ enim fuit illa laticlavi tunica & φαρδύ. nam φαρδύς & συμπορπής easdem fui tunicas, contra quam vir doctissimus putavit, nos alibi pluribus probamus, & heic jam non paucis ostendimus. eas scilicet, quæ fibulis hoc est φαρδύ continebantur, & stringebantur. hinc φαρδύ περγάλι exponunt Grammatici. Hesychius: φαρδύς, περγάλι, περγάλη. idem: περγάλη, φαρδύς. & περονίστρα, πορπίστρα. sane cum φαρδύ nihil aliud sit, ut Graci interpretantur, quam τὸ διπλῶ αρμόνιον, id scilicet præstare fibulas, quæ in unum distantia jungunt, & diversas vestimenti partes colligunt inter se colligantque: συρράπτειν περγάλι apud Lucianum in Dialogo Ερωτικό, est fibulis chlamydem connectere: ὅρθεις ἀνατέσσεις εἰς τὸ οὐρανόν, τὸν οὐρανὸν κλαμύδα τοῖς ἐπωμίοις περγάλαις συρράψας, διπλῶ περγάλαις εἰς τὸ οὐρανόν εἰσέρχεται. hinc φαρδύ Graci vocant vestis aperturam quæ fibulis committitur. Pollux: κωμικὴ δὲ ἐδής ἔξωμος. εἴτε δὲ χειρῶν λουκῆς, ἀσπρῶν, τὸν δρισεόν τολμοῦσαν φαρδύ στον ἔχειν. ἔξωμος de qua loquitur Pollux, erat, ut omnes scienti, vestimentum servile, ἐπερμάχαλον, quod ab una parte μαχάλω in modum tunice habebat, ab altera, more pallii divisum erat & ζεῖσθαι, qua manus exerebatur, in humero fibula strictum. à sinistro latere dicit Pollux, id vestimenti φαρδύ non habuisse, hoc est ἀφαρδύ fuisse, quod in morem tunice, totum ab ea parte conclusum & contestum esset, & μαχάλων. à dextro vero latere, quo scissile fuit, & adapertile, palliatim infibulabatur, & in humerum rejiciebatur. hoc est, quod ait Etymologicum magnum de exomide: ηγαραβόλω εἶχε λινόν αἱρέει τῷ ηγ-

σύρανθει. ab ea igitur parte σύρραπτει fuit, id est συμπορπής. sic vestimentum illud cæcum, & nullos habens exitus, quo Clytemnestra Agamemnonem ē balneo exeuntem involvit, & involutum occidit, Lycophron scribit, nullas habuisse φαρδύς, id est nullos exitus, aut aperturas, quibus caput emitteretur, aut brachia exerentur:

O' μὲν γὰρ ἀμφὶ χειρῶν τοῖς δυοτέροις δέδει.

Ζητῶν κελεύθερος αὐχενιστῆρος βρέγ-

χειρῶν,

Εὖ ἀμφισβλήτηρος σωτελαργυρω-

μέρος.

Τυφλοῖς μεταβόσιος χεροῖς κροκω-

τες φαρδύς.

φαρδύς vocat Lycophron vestis oras, quæ fibulis conseruntur & committuntur. κροκωτοὶ autem appellat, quod oræ vestium summae, & mediae, quæ in lateribus vel ante pectus fibulis stringebantur, & infima simbriata essent. Pollux διχοτομία vocari ait τὸ φαρδύ συμβολῶν in tunicis, ubi φαρδύ sunt id quod diximus. nec enim φαρδύ ibi accipienda futura vestium filo concepta, sed partes & oræ tunicarum quæ fibulis inter se junguntur, & committuntur. inde χειρῶν ἀφαρδύ, erant quoque ἀφαρδύ. de eo proinde genere tunicarum, quæ fibulis stringerentur ex utraque parte, non fuisset Domini tunicam, indicare voluit Johannes, cum dixit eam ἀφαρδύ τῇ εἰς τὸν αὐτὸν οὐφαντὸν δι' ὄλες. εἰς τὸν αὐτὸν dixit, quod in superioribus tunice partibus εἰ φαρδύ vel fibula locum magis haberent, quibus stricta tenebatur & sedebat in humeris tunica. sed & pleraque per totum & usque ad infimam oram nodis, & fibulis fuisse ex utraque parte constrictas alibi docemus affatim. ideo dixit οὐφαντὸν δι' ὄλες, ut nulla sui parte scissuram, & τωτηγμένην eam habuisse ostenderet, sed integrum totam fuisse significaret. tunica autem nostra lineæ laneæque

N n 4

sunt

sunt ὑφαντὶ διόλες. nec quominus ita sint, prohibet quod consutæ sunt ex aliqua parte, & sarcinatricis acu conceptæ. sarcinatricis enim acus idem facit, quod pecten textoris. ἀκεστικῶν veteres ὑφαντικῆς εἰδοῦ esse dixerunt. sed & artem illam, quæ acu pingit, & varias in vestibus formas figuratae ludit, ad ὑφαντικῶν pertinere scriperunt, & ὑφαντικῶν appellarunt. unde acu colores intexere vestimentis, & phrygionis arte vestem texere dicebant. veteres autem ignoravisse artem illam qua hodie apud nos vestes confici moris est, quum ex diversis pannis sectis, & ad modulum corporis, & invicem sutis, vestis exoritur, sunt qui tradant: sunt tamen etiam qui non credant, & inter illos ego. falluntur, inquam, qui putant olim ex concisis pannis vestes minime consui solitas, ut nunc mos est. nam linex, quas vulgo camisiae vocabant, quæ corporibus adstrictæ & membris aptæ fiebant, nullo modo tales in tela fieri poterant. manicatae quoque tunicae, & ἄρρενες, qualis erat Domini tunica, ex incisis partibus integrabantur, & acu consuebantur. exempli gratia in tunicis manicatis manicae ex incisis pannis adsuebantur, nec tota tunica ullo modo cum suis manicis in tela fieri poterat. vide D. Hieronymum de ueste sacerdotali, ubi talarem tunicam describit. bracæ quoque non aliter fieri poterant, quam incisione ac sutura divisorum pannorum. D. Hieronymus dicto loco: vocaturque lingua Hebreæ hoc genus uestimenti michense, Graece τεστονή, à nestis seminalia vel bracæ, usque ad genua pertingentes. refert Josephus hæc seminalia de hyffo retorta ad fortitudinem solere contexi, & postquam incisa fuerint, acu consui, non enim posse in tela hujuscmodi fieri. at tunicae quas Græci ορθίς vocabant, & cetera id genus uestimenta, ut erant colobia Romanorum & laticlavia tunicae quæ ex duabus plagiis constabant, in utroque latere per fibulas committi solitis, facile in tela totæ fiebant, nec acum sarcinatri-

cis requirebant. de quibus nos alibi. Domini vero tunicam ἄρρενες ita fuisse dictam quod nullam habuerit futuram acu factam, qui putarunt, valde errarunt. quod alibi pluribus adstruemus. ἄρρενες ob eam rationem dicta est, quam posuimus: eam propterea non divisenter milites, quia si divisissent, perdidissent. cui enim usui frusta ejus adhiberi potuissent? at pallium ejus, quod συμπορητὸν fuit & γένος, atque etiam ράπερ, recte scindi in partes dividique potuit. vestimenta enim id genus, quæ fibulis stringebantur, ut plerumque duplia erant. sic & chlamydes, laenæ, pallia, tunice, pepli muliebres & ceteræ uestes fibulatoæ, atque ἐμπορηταὶ, duplices erant. epigramma Græcum:

Kαὶ δίσολον χλαινια περγιασθεῖσα... item in alio :

*Kαὶ δίσολον περγύλων καὶ σελγίδα.... sic pallium Cynicorum duplex:
— quæ duplice panno sapientia velat.*

quæ nos in nostro de re uestiaria commentario fuse tractabimus. hinc mihi fit verisimile, non unam tantum uestem à militibus fuisse divisam, sed duas. pallium nempe, & aliam uestem superariam, aut tunicam ἐπιπορητὸν, ut recentiores Græci dicere: atque ex his binis uestibus, duplicibus singulis quattuor partes esse factas. ultimam autem quam tunicam proprie vocat quod esset ἄγριος καὶ ἄρρενες, non divisere milites, sed sortiti sunt, vel micavere, ut qui vivisset, integrum illam auferret, quæ scissa vel divisa nullo fuit usui futura. ut ut sit, nam hoc in medio relinquimus, utrum plures vel una tantum uestis Domini fuerit divisa à militibus, nemo tamen possit negare nisi iniquus aut imperitus, quin nos recte exposuerimus illam ἄρρενες tunicam, quæ hactenus habuit exercitos non nostri tantum temporis viros, sed ex antiquitate plerosque omnes, qui eam rem disquisiverunt, quam & nos

tè nonnisi rectas purpureas accepissent, & quidem
aliis

nos in alio opere exquisitiore studio,
operaque curatore pertrastabimus.
& hæc quidem haec tenus.

1 Rectas purpureas accepissent.] Recta tunica Festo & Isidoro, quæ sursum versum stansque texebant. recta etiam tunica dici potest quam Graci ὁρθὸν καὶ ὄρθοστριῶν χτῶνα vocant, quæ minimè cingeretur. nam ζωστὶς illi χτῶνας δεῖ τὸ ὄρθοστριῶν distinguunt. sed illis etiam appellabant. tales erant Pœnorum tunicæ, de quibus Tertullianus de Pallio: sed nec cingulo sinus dividime expeditæ & quadratae in viris stabant. ita legendum alibi docemus. scilicet χτῶνα plane expressit. at rectas heic accipere purpureas cum doctissimo viro, qua recta purpurea segmenta haberent, nullo modo possumus.

2 Et quidem aliis monolores, aliis dilores.] A numero lororum dictæ, ut quæ unum lorum tantum adtextum haberet, monoloria diceretur; quæ duo lora, diloris; atque ita deinceps. Turnebus lora heic fila interpretabatur: & dilores & trilores, bilices & trilices esse volebat. doctissimus quoque Jurisconsultus pro numero filiorum intextorum bilores & trilores dici opinatus est. & ad eam rem locum Nicetæ adduxit: βλατία δέσδηλα καὶ τειέλεα νήματα χρυστεφῆ. sed fecellit ipsum error Typographi, qui sic debuit excudere in indice Nicetæ: βλατία δέσδηλα καὶ τειέλεα] νήματα χρυστεφῆ. ubi δέσδηλα & τειέλεα vocat νήματα, quæ superiores melioresque auctores Νεολαὶ & τειέλαι appellassent. sed hæc nihil ad trilores biloresque nostras pertinent. sciendum est etiam νήματα apud Nicetam non pro filiis intextis accipi, sed pro ipsis vestimentis. ut hoc loco, νήματα χρυστεφῆ vocat vestes auratas vel auro intextas. pro quibus in Græcobarbaro codice positum erat: βλατία δέσδηλα καὶ τει-

έλεα. hoc est, ut supètius adnotavimus, πένθοι χρυστεφῆς, quemadmodum alibi idem auctor loquutus est. idem alibi: καὶ ἕπτας εὐθανάτεις, καὶ νήματα σημειώτας πλεκθέσις χρυσῶ. heic νήματα σημειώτα, non sunt fila serica, ut vulgo nema sericum appellatur, sed vestes sericæ autò intextæ. in codice barbaro, βλατία exponuntur. non igitur à numero filiorum, nec ab intexturæ genere dilores aut trilores dictæ. nam infra ex Anastasio producemus, vela viginti quinque lora habentia. lora igitur in hoc genere tunicarum, sunt segmenta vestibus adtexti solita. segmenta dixi: nam Latini hac voce intelligent lora aurata vel fascias auratas vestibus & præcipue muliebribus prætexi consuetas, & eas maxime quibus summa ora vestis prætexebatur. quod aperte docet Juvenalis lib. I. Sat. II. de veste Gracchi:

Segmenta, & longos habitus & flammea sumit.

Idem Sat. VIII. de eodem Graccho, & eadem ejus veste agens:

Credamus tunicae de saucibus aurea cuncta se

Porrigit —

ubi vetus interpres nugas blatterat: in fine tamen quasi per nebulam verum vidit, cum dicit, qui munera edebant extremas tunicae partes ad guttur ornatas habuisse, quo sumam haberent. quæ partim vera, partim falsa sunt. verum enim est tunicam illam qua Gracchus indutus est, ad guttur ornatam fuisse, hoc est segmentatam. sed neque ipse edebat manus, qui in arena habitu retiarii pugnabat. voluit igitur dicere vel intellexit, in prætexta fuisse qui munera edebant. sed de segmentis aliud, quæ mulierum propria fuere, & ex auro. itaque segmenta, & purpuream vestem cum dicunt Latini, eodem sensu dicunt quo Graci auctores χρυσῶ καὶ τει-

N n s —

πορφύρας mulieres in luctu deposuisse scribunt. Ovidius de arte amandi tertio :

Quid de v. fle loquar? nec enim segmentare requiro,

Nec quæ de Tyrio murice lana rubet. segmenta & lanam purpuream, hoc est *χρυσὸν καὶ πορφύραν*. ita accipiens Juvenalis.

Segmenta & longos habitus. — quibus verbis muliebrem vestem designavit, quam Gracchus induerat, & quæ segmentis ad guttur ornata fuit. hoc est aureis fasciis. atque inde *segmentum* pro guttulis orname-
to vel monili positum. Servius : *Colloque monile. ornamentum guttulis, quod & segmentum dicunt.* idem habet Isidorus. ex eo videtur *segmentum* pro monili usurpatum, quod partem vestis, quæ circa fauces & guttus, ornaret. quam partem vestis Græci *στογα* vocant, & *κεισιπον*. inde monile quod non supra vestem quæ ad guttus, sed circa guttus ipsum ponatur, *segmentum* quoque appellatum. *segmenta, σηματα recentiores* Græci dixerunt, ut *pigmenta πνιδηματα*. quod & supra videamus observasse. sic *pimenta* Latini quoque scripserunt in excerptis Apicci à Vinidario sic titulus inscriptus est: *BREVIS. PIMENTORVM. QV. IN. DOMO. ESSE. DEFNT.* in veteri Calendario manuscripto, quod penes me est, ita semper exaratum habetur: *AVVENTVM. DIERVM. SOLISTITIVM.* partes imæ & summae in veste muliebri segmentis erant decoratae. corrigendum autem obiter *vetus Juvenalis interpres ad illum versum*,

Segmenta & longos habitus. — nam præpostero ordine ejus expositiones sunt positæ, quas sic restituere: *Segmenta]* Fimbriarum sive vittatas vestes. Et longos habitus] Profusa vestes. Et flammæ sumunt] Quibus novæ nuptæ cooperiuntur. haec valde confusa & perturbata hodie leguntur. haec segmenta vel aurata fasciæ, quæ prius tantum muliebris tunicis adsumebantur, postea luxu crescente, vi-

tilibus quoque vestimentis adsumere. nam antea purpura tantum prætexebantur viriles tunicae, ut erant prætextæ magistratum, & nobilium puerorum. hinc tunicarum *auratum* nomen, quarum mentionem primam sub Gallieno luxuriosissimo principe invenio, quas de paragaudiis istis accipio. nam sub eodem Gallieno paragaudiarum tunicarum, non superius, mentionem fieri video. post illa tempora passim paragaudæ viriles & muliebres in usu fuere, ita ut & milites sub Aureliano paragaudias acciperent, cum antea purpureis tantum accipi solerent. quæ cum promiscui usus essent tam apud viros, quam apud mulieres, Valentinianus & Valens imperatores lege eas prohibuere, cum viriles, tum muliebres, & privatis ademere, suisque gynæciis tantum fieri volvere. Justinianus autem earum usum restituit mulieribus, non item viris, solaque viriles paragaudas contexti veruit. Iora igitur illa vel paragaudæ sunt segmenta vel fasciæ, vel vittæ vestibus adsutæ. nam lorum pro fascia passim apud auctores. nec ejus nominis notionem ex architectis petendam arbitror, qui λόγοι meminerunt. non enim à fabricis vel architectura translatæ huc sunt haec voces. lorum vocat Balsamo vinculum capitii, vel diadema, sive fasciam imperatoriam. phrygium alii dixerunt, ut auctor donationis Constantianæ. qui nuper ad eam notas scripsit, miratur quomodo λόγοι dixerit Balsamo, quod phrygium in Latino textu appellant, & putat deceptum esse ignorantie vocis Latinæ. ipse potius deceptus est, qui non vidit, lorum, & phrygium idem esse, & utrumque sumi pro vitta capitii vel mitra, & tiara imperiali. phrygium enim adjективum, est absolute sine substantivo positum, ut in vestiaria fieri amat. subintelligitur autem phrygium pileum, aut phrygium lorum, aut aliquid tale. vestiatores enim Phrygiam mitram &

Phry-

Phrygiam tiaram dicebant, quod posteriores absolute Phrygium, subaudiendo, ut dixi, lorum vel pileum. Juvenalis:

— & Phrygia vestitur bucca tiara,
ibi vetus interpres: sacerdotis habitu.
tiara enim galea sacerdotis est, qua per
malas veniens, mento subligatur. tiara
est Phrygium quod dicunt, hoc verum est.
lorum, & phrygium, & vitta & fas-
cia, & mitra, & tiara sunt οὐώρω-
νη. qua & de vinculo capitis, &
de vestium ornatura sunt usurpara-
nam & lorum utrumque significat, &
vells praetextam, & diadema.
de vitta & fascia idem dicendum. fascia
enim & vitta de limbis vestium di-
&ca. sic contra πεζίδον, quod proprie-
oram vestis, vel quod orae adsumtum
est, significat, ad caput translatum
est, & pro diademate regio usurpa-
tum, ut infra pluribus dicetur. lora
ista, πάσδες Græci dixerunt. Pollux:
εἰ μὲν τοῖς χειρῶν πορφυρᾶς πάσδες
παρυφαὶ καλέσῃ. intellige virgas
illas qua in circuitum vestis eunt, ad
oram infimam currentes. quas &
ἄγινθες appellantur. Hesychius:
ἄκανθας αἰσχυματιφασμάτων, καὶ
ζώνης φυλένη πτυχών. hinc intel-
ligitur illud Virgilii:

Et circumtextum croceo velamen acan-
tho.

acanthus enim ibi est purpura, que
circumit extremam vestis oram. κα-
λάμις etiam vocarunt. Hedylus in
epigrammate:

Ακάνθα, τόθ' ἀλυρῆς νικέρδου μη,
τούτη Λαίκων

Πέτωλοι, καὶ ληρῶν οἱ χρύσεοι νη-
λαργοί.

sic πάσδες, ἄκανθος & κάλαμοι ve-
stium sunt circumtexta purpurea vel
aurata. σκυτάλας quoque invenio-
dictas. nam σκυτάλη idem est quod
πάσδες. Latini scutulam dixerunt.
scutula enim est σκυτάλη. & falluntur
Grammatici, qui à scutis deducunt.
hinc scutulatae vestes qua & virgatae.
Græcis πάσδεται. optimæ Glossæ:
σκυτάλη, scutula. sic autem scutulam à

σκυτάλη Latini veteres finxerunt, &
in " mutantes, ut νικέρδοι fecerunt,
quos ἄπλοι veteres Græci vocabant,
sed ne quid sine bono & idoneo te-
ste dicam, Cæsar seu ulas appellavit
phalangas illas, & virgas quæ subjiciuntur navibus, ad eas in mare de-
ducendas & impellendas. lib. IIII.
commentariorum de bello civili:
quatinus biremes subjectis scutulis impul-
sus vectibus in interiore partem transdu-
xit. constanter ibi veteres omnes libri,
tam quos vidi quam quos alii
viderunt, scutulis agnoscunt. omnia
tamen facit Turnebus, ut vocem il-
lam mutandam esse nobis persuadeat,
& se se in omnes partes versat,
ut aliquam saltem probabilem con-
jecturam reperiatur. frustra omnia. nam
scutulis rectum est. & scutulas vocat,
ut dixi, virgas illas quibus subjectis
impelluntur naves in mare. phalan-
gas alibi appellavit: phalangis subje-
ctis ad turrim hostium movent. nunc igitur
primi docemus scutulæ quid sint,
& unde dictæ. à quibus scutulatæ
vestes, qua & virgatae. quippe scutula
& virga idem. sed πάσδες heic sunt
παρυφαὶ. sic & scutulæ. σκυτάλωδες
sane vocat Hero vestium circumtex-
turas, in Isagogis τοῦ Αθηναίου.
Θεομέλειαν μὲν εἰς πᾶν τὸ πε-
μπτικὸν μέτερδον, ὥστε εἴν-
τεις σκυτάλωσιν οἱ σρρφολοι, καὶ
ἐν τοῖς ξυλινήσι τὰ κυματα, καὶ δια-
στάλωδες μῆκον μέτερται. σκυ-
τάλωδε ibi vocat eas quas dixi ve-
stium praetexturas, voce ex Latino
mutuata, potius quam Græca pura
usurpata. nam potuit σκυτάλωδε
dicere: sed Latina in ea notione magis
protrita. sic σκυτάλωσιν ζετῶσι
εἰς Αἰγαίον dixit Arrianus in peri-
plo maris Erythrai. σκυτάλωδε autem
potius quam σκυτάλωδε dixit more
Græcis usitato, quum Latinas voces
usurpant. nam & πίτλοι pro titulo
dicunt. sed scutulæ quoque vestes
Latini dixerunt pro scutulatas. leg. XI.
Cod. Theod. de scenicis: uti sane
hisdem scutulatis, & varii coloris sericeis
anroque

auroque sine gemmis, collo, bracchiis, cingulo non vratamus. *φροφιόλοι*. Heroni sunt fasciae vel vittæ, quibus vestium extremitates prætexuntur. *φροφιόλοι* sunt parva strophia, ut *φακιόλοι* & *φακιόλια* parva fascia, apud infimam extatis scriptores Græcos, de quibus infra locus erit dicendi. *φροφιόλις* & *κυμάπα* jungit Hero de iis quæ in solam longitudinem mensurantur. *κυμάπα* quid sint, vulgo notum est. Grammatici interpretantur τὰς ἑπτάς ωδὴς τοῖς τέκτονις λιθοποιοῖς. Suidas: ἐπὶ μὲν αὐθεώπων τὰ πεζάπα, σεισαρχία, σέφανοι, ζώναι. ἐπὶ δὲ ξύλων τὰ κυμάπα. ἐπὶ λίθων etiam erat addendum. tam enim in domibus è lapide struētis, quam in ligneis hujuscemodi siebant κυμάπα. ac non minus ωδὴς τοῖς τέκτονις λιθοποιοῖς, quam ωδὴς τοῖς τέκτονις nota erant & usitata. γεῖσαι aliter dicebantur. κυμάπα quoque extrema vestium ora appellari possunt. nam & γεῖσαι vocabantur. Hesychius: γεῖσαι τὸ ἐν τοῖς αἰγίσαις ἡ τείχεσσιν ἔξερχον κυμάποι. οἱ δὲ αὐτὴς θυρῶν σέγασσοι, η τὰς ὄψες Εἰνδυντεῖσθαι γεῖσαι λέγουσι. virgas istas, & scutulas, & acanthos, & lora, ut Græci παρυφάς, sic Latini prætexta vocant. Pollux: αἱ ἐν τοῖς χτενοῖς παρφυρᾶς ῥάβδοι, παρυφάς καλένται. τὰ παρυφά, δητὸς διαστinguunt Græci. ὀνταν extremam oram vestis & infimam vocant: παρυφά, quod ad extremai oram adiutum est, purpureum prætextum. Pollux: ὀνταν εἴσωσι τὰ χτενῶν ἐνταραφέν. λέγουσαι δὲ τὰ ἐν τῷ ιναλίῳ ἐντερού μέρες χ' ὅπερ οὐδείς. Hesychius: λέγουσαι τὰ παρυφανόμορφα τῇ ωδὴσερφῇ. δίστοις λιπαροῖ παρυφά. ωδὴσερφῇ vocat extremitatem vestis in se replicatam, & corrotundatam contortamque, supra quam limbi vel fasciae purpureæ vel clavi adiuebantur, quibus prætexebatur vestis. hinc

clavis prætexta. & παρυφας ejusmodi clavi, & limbi quibus præter solebat. Pollux: αἱ δὲ ωδὴσερφας παρυφας καλένται πέζας η πεζίστες, η ωδὴσερφας τὰς έτεις παρυφανόμορφα. Glossa: παρυφά, prætextum hinc prætextum pro ornamento Senecæ epist. lxxxi. sed Cn. Pompejus amittere exercitum: sed illud præclarum Reip. prætextum, optimates uno prelio profigebantur. ubi prætextum reip. est ornamentum reip. prætexta enim sunt ornatura vestium vel ornamenti utrumque enim dixerit. sic prætextum honoris dixit Valerius Maximus, pro insignibus magistratus. locus est lib. vii. cap. iii. quid illa necessitate miseriis, que magistratum pop. Rom. abjecto honoris prætexto, alienigenæ religionis obscuratum insignibus, per urbem iubis incedere? prætextum honoris dixit, quod in eadem re Græci τὸ δρόχος ωφέλημα. idem Valerius prætextum triumphi eleganter dixit pro triumphi insignibus. lib. vii. cap. i. consularis decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi prætextum largit est. hoc est, ωφέλημα Εἰνδυντεῖσθαι γεῖσαι. vulgo, prætextam legitur. ego prætextum malui. sed & prætextum potest retineri, dum ne pro veste prætexta accipias, quæ fuit magistratum insigne, non triumphantium. at prætexta vel prætextum Valerio nihil aliud est, quam ωφέλημα triumphi, prætexta enim etiam dicebatur, purpura qua prætexebatur vestis, optimæ. Glossa: prætexta, παρυφά. idem Valerius lib. v. cap. v. itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit, alterum dedit: triumphique prætextum hujus excepit, illius tradidit. quo etiam loco vel legendum, prætextum, vel prætextam ita accipiendum ut non de veste prætexta, sed de ornamento vel insignibus triumphi interpretemur. ut prætextum honoris, pro honoris insignibus idem alibi dixit. idque indubitate verum est. at doctissimus Lipsius multum olim in illis locis se torsit, qui nunquam poruit
asse.

aliqui quare Valerius prætextam triumphi vocaret, quam alii omnes uno ore autores palmatam vel pītam togam dicerent. prætextum vel prætexta in iis locis est insigne. præclavium vocasse veteres illud prætextum non dubito. Afranius Homine: Tertium diem præclavium unum texere. idem Fratriis: Mea nutrix surge si vis, prefer purpuram, præclavium contextus. Graci διδόνουσι dicunt, quod Latinis verbo est præclavium: nam clavus est οὐραῖον. ut autem παρόφηται prætextum verterunt: sic præclavium, διδόνουσι. Hesychius: τίκνεα τὰ ἐπὶ ταῖς ωἷς τὸ ιωτίαν διδόνουσι λάκωνες. nihil singi potest melius, aut accommodatius ad id quod volumus probandum. τίκνεα Lacones dicebant, quæ cæteris Graci οὐραῖα. quo nomine significari apud illos ait Grammaticus, τὰ εἰς τοῖς ωἷς τὸ ιωτίαν διδόνουσι. hoc est præclavia vel prætexta, quæ ad oras vestium adsui solent, hinc etiam Graci διδόνουσι δρόσος & διδόνουσι βασιλική vocant, quæ liceat vocare, prætexta imperii, & prætextaregia: ut Valerius prætextum triumphi, hoc est διδόνουσι τὸ θεάτρον. nescio quid sibi voluit Nonius qui præclavium fuisse dixit partem vestis quæ ante clavum texebatur. nimirum sequutus est simpliciter verbi compositionem, quasi manu ducentem ad illam notionem. præ est ante. præclavium igitur, quod ante clavum. egregium interpretem. melius Glosfaram auctor: παρόφηται, prætexta. præclava, hoc præclavium. nam & prætexere clavis dicebant. Festus: recipient omne vestimentum quadratum, ii qui duodecim interpretati sunt, esse dixerunt, vel togam qua mulieres utebantur, prætextam clavo purpureo. unica voce possit aliquis dicere, præclavatam vel præclavam vestem, ut auroclavatas & auroclavatas dixerit passim recentiores, τὰς χρυσούσιες. cum igitur clavus in veste nihil sit aliud quam παρόφηται φασμένη, præclavus vel præclavium

merito παρόφηται appellatur. circumtextum idem significabat. Varro interpretatur, purpuram circum. οὐραῖα Graci hujusmodi vestimenta purpura circumtexta. οὐραῖα, ιμπονέχον πορφύραν κύκλῳ. ita Grammatici, qui & rationem denominationis hanc adjiciunt, ὅτι πορφύρα κύκλῳ τὰ τέλη τὸ οὐραῖον διέρρει τὸ χρώματον. οὐρόπολον illam, hoc est circumfluxum purpurae qui currebat in orbem ad oras vestium, οὐραῖα etiam vocaveret ab eadem imagine. hinc periclysis ora vel extremitas vestis & veli, & cūjilibet rei apud Anastasium in vitis pontificum, in Leone quarto: fecit vero in eadem basilica ad splendorem sacri altaris vestem holosericam habentem periclysim de chrysolavo. hoc est οὐρόπολον, & circumtexturam. ibidem: fecit vestem sericam albam sigillatam cum gammadiis & periclystis de blattin unam. in eadem vita: fecit autem in basilica beatae Rufinae Martyris in Silva candida vestem de fundato habentem in medio crucem, & periclysim in circuitu de blattin. idem in Sergio II. vela alia de fundato, cum periclysti de blattin. in Gregorio IV. praefatus vero Pontifex fecit in Ecclesia beatae Anastasie Martyris vestem de fundato habentem aquilas & periclysin de olivero. & passim apud eundem singulis fere paginis periclysin eo sensu positam reperire est pro circumtexto vestis scilicet, & purpura in orbem currente, quam οὐρόπολον eleganter Pollux vocitavit. sic οὐραῖα, apud Eunapium pro extremo fontis margine legere licet, sed ex nostra correctione. ita enim in vita Jamblichii legi debet: ὁ δὲ οὐρόπολος επιψάσσεις τὸ οὐραῖον, ἐπούρειος δὲ εἰπεὶ τὸ κρηπίδωμα τὴν οὐραῖαν καθίειρε. vulgo editum est, οὐρόπολησιν, vitiata scriptura. sic apud Jamblichum, οὐρούρειος pro οὐραῖος, quod interpreti fraudi fuisse non mirum est. sed hæc alias. οὐραῖα illam in vestibus, οὐραῖησιν dictam invenio quasi circum-

circumvestigationem. quid sit orbis
στοιχίας norunt, Græcas litteras
docti. hinc ἀστυγοτοι χιτωνες, οι
ἀστυφυροι. recentiores autem
Græci μαργέλαια dixerunt hæc extre-
ma vestium ornamenta. quam vo-
cem non intellectam auditori lexici
Grecobarbari explicabo paucis. mar-
gum & marginem, quamvis extre-
mitatem Latini dixerunt. *margus* au-
tem & *marginum* illis usurpatum, pro
margine. atque ita reperitur scri-
ptum in optimis exemplaribus apud
Valerium Maximum. *Glossæ* vete-
res: *margo* & *margus*, κερπις. *mar-
gum*, τέρμα, τοιχος. à *margum* di-
minutiva formæ, *margulum* & *mar-
gellum*. quod *μαργέλαιον* Græci, ut
facillum, σπινέλαιον, & alia infinita.
μαργέλαιον igitur est ora vel margo
vestis. ita etiam Græcis κερπος, το-
κηπιδωμα, & ultimum vestis am-
bitum significat. Hesychius: κερ-
που ται κερπιδωμαται η γδ κερπος
ακει νιψ ται κερπαται τι ματιων
ε ε βιλπων. & paulo post: κερπος
ται κερπων τι ματιων ται φρεματωδη,
non igitur *μαργέλαιον* est fimbria è
margella sive corallio, sed simpliciter
margo vestis. quod apertissime de-
monstrat Moschop his verb. λαβει το
πιπτον ακει πιος ειπεινδρον ε οι ονει
σειζον αιτο, αε το κερπων λεγιδρον
μαργέλαιον. corrigendus Ballamo ad
Concil. vi. Can. xxvii. αλλα ται πο-
λυτελη χρυσεφαντε επιστημαται, ται
δημητην λεγιδρα *μαργέλαιον*,
ραμπηται ε αντιπανα. legendum:
ραμπηται ε αντιπανα nam *μαργέλαιον*,
ραμπηται, & αντιπανα, hæc
tria idem sunt. *ραμπηται* & *ραμπη-
ται* dicebantur illa lora, vel zonæ,
vel limbi qui adsuebantur ad extre-
mas oras vestimentorum. Hesychius:
κερπος, ται κερπων τι ματιων. ται
φρεματωδη idem: κερπωδει ται
ει τοι ακει ει ματις κερπωδη
ραμπηται, ε το ακει αιτο. idem
alibi περιφρεμα appellat: ακει-
θος, περιφρεμα ιφασμηνον. emen-

dandus eadem opera Cedrenus in
una periodo, tribus locis: το, π
γδ λεγοιδρον ερειητον αναγε-
ρεις σπέλουσ, κη τοις το πολη
κεφαλαις σκέπεται, μη Διδραμι-
των οι τει, αλλα Διδρι μαργι-
λαιον θονιαν ει βιστας η πορ-
φρεις ειν φασιενων. perperam apud il-
lum hodie vulgatur, Διδρι μαρμι-
των. &, Διδρι μεραλορχαιμαν δι-
λων. nec minus etiam mendosum
est: ει βιστας πορφρεις. scriben-
bendum enim erat, ει βιστας η
πορφρεις. non enim tantum purpu-
reæ vel aurataæ hæ vestium ornataæ
fuere, sed etiam diversicoloriz. unde
επιρροχαι επιστημαται vocat Balsa-
mo ad concilia, quæ ex coco, pur-
pura & bysso contexta erant. Etymo-
logicum magnum: λωπα λεγει η π
εις το καλατερον ει ματις επιστημα
ει βιστας ε πορφρεις ε κόκκις. hæ
Balsamonem explicant, & nos recte
Cedreni locum emendasse ostendunt. επιστημαται Græci, quæ La-
tini *insertas* nuncupant. Publius:

Frugalitas *inserta* est rumor boni.
Josephus Scaliger de emblemate *in-
sertam* accipiebat. ego επιστημα esse
malo. quod verbi significat *insertam*
purpuram in fine vestis. Hesychius:
επιστημα, λωπα, πάνθος. ita le-
gendum apud Hesychium. πάνθος
enim, ut notum est, Græcis vocan-
tur, panni qui vestibus adsuuntur,
ex purpura. nec enim verisimile est,
si illo versu Publili Syri *inserta* signi-
ficasset emblemata, sexaginta post an-
nis, cum in senatu quereretur sub
Tiberio, quomodo Latina voce di-
cendum esset emblemata, nemini ve-
nisse in mentem, notissimam illam,
& omnibus, ut probabile est, de-
cantatissimam ex Mimo sententiam,
in qua *inserta*, pro emblemata dice-
retur. *inserta* igitur est επιστημα,
non emblemata. quo verbo *emblemata*,
tanquam suo jampridem uteban-
tur Romani. nec opus illis aliud,
quo idem exprimerent, de novo cu-
dere. hinc *inserta* pro ornamento vel
inf.

Insigni, ut & prætexta, subintelligunt enim purpura. Glossæ: *insertitum, cæsopærum erōv.* sic clavis immitti vestibus dicitur Nonio: patagium aurum clavis qui pretiosis vestibus immitti solet. nam & insui & intexi & immitti vestibus aurum, ut & inseri tralatitium est. Græci quoque ἔμβλημα de clavo purpureo vel aureo vesti immisso dixerent. unde παρφίλιον ἔμβλημα apud Plutarchum de institutis Laconicis: στυγοφόρου ἀνεῖλον, διόπ παρφίλιον τὸ στύγιον στέβαε. sic omnino inserta, ut & ἔμβλημα de veste non minus quam de vase dici potest. signa vestium, & signa poculorum Latini quoque dicunt. hinc vasa aspera signis, & vestes signis rigentes apud poëtam. hinc ἀσημόνημα ἀργυρόνημα Gracis, & ἀσημόνημα, vestis sine clavis, & argentum sine signis, hoc est laxe. οὐδὲ iudicem vestium & οὐδὲ poculorum appellant. unde ἐνηλόντος οὐδὲν Sopatro, vestis clavata, & σκεψόχρυσον ποτολον, poculum clavis aureis illigatum. sic plane κέχρος & in vestibus, & in vasis ponunt. κέχρων & κερχωνίς vasa cælata & signis aspera. & κέχρος in vestibus sunt rotundi clavi. Athenæus lib. XII. ἐπὶ τῷ τετράτῳ παθητῷ καὶ φότητῷ τῷ ιχνῷ γάστρι. πατέπεπασμῷ δὲ χρυσοῖς κέχροις. ita legendum apud Athenæum, non καλαπέτωλασμῷ. signa poculorum emblemata dicuntur secundum Servium. signa quoque vestium, hoc est clavi emblemata dicta sunt & insertæ. sunt autem & alia non pauca voces quibus ornaturas vestium & circumtexturas exprimere consueverunt Græci Latinique auctores, quas hec libenter omittimus. singulatum enim differentias in alio libro examinamus exponere & expendere est animus. alia enim lata, alia rotundæ, alia ex vestibus cirratim dependentes, quarum omnium discrimina alibi singillatim examinamus. habemus autem hec trilores, tetralo- res, & pentelores tunicas, quæ tri-

bus loris, vel zonis, & quaternis, & quinis etiam distinguebantur. atque sciendum est monolores tantum veteribus fuisse notas, aut ad summum dilores, quæ duas zonas in circuitum haberent prætextas, vel adtextas. Horatius:

*Purpuræ late qui splendeat unus & alter
Adfuitur pannus.*

ubi pannus est fascia vel zona qua vestis ornatur. antepannos dictos Latine puto, idque colligo ex voce quam Græci recentiores usurparunt, αἰτίπανον. eam certum est esse puram putam Latinam, αἰτίπανα enim antepannos dixerunt: ut αἰτίπανον, antecessorem: αἰτίπανον, antemissum: Hesychius: Αἴτιπανον, αἴτιπανον, ηγέταισιδν. ubi αἴτιπανον est para- tura vel ornatura. sic enim vocabant in vestibus ultimam fimbriam. pannum autem pro fascia ponijam supra notavimus. Vegetius lemniscos & pannos indifferenter pro eadem re usurpat, lib. IIII. cap. XVIII. contra incisuras quatuor foraminibus cauterare pertunde, & pannos vel lemniscos ex acero sub cute per foramina traicies. sic lemniscum corona regia, pannum vocavit Valerius Maximus, lib. VII. & nobilem magis, quam felicem pannum. ubi pannum, dia- dema regium appellavit. duo panni vesti adfuti, dilorem eam faciunt, ut in illo Horatii versu supra citato. sic apud Virgilium chlamys præmium vi- etori datur dupli maestro purpu- reo ornata.

— quam plurima circum
*Purpura meandro duplice Melibæa cu-
currit.*

à multitudine igitur pannorum, vel fasciarum, & lororum, vestes dilores, trilores, & pentelores dictæ. quæ lora nos vulgo bandas vocamus in vestibus mulierum, quas non pentelores tan- tum hodie gestant, sed usque ad cin- gulum loratas, & zonis sericis, hoc est paragaudas, distinctas. ita nulla re alia, quam luxu, veteres vicimus. λαρωταὶ Χεταῖοι hujusmodi para- gaudias vestes vocat Achimes in oni- rocri-

aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & usque
 47 ad pentelores, quales hodie linea sunt. Panibus
 urbis Romæ unciam de Ægyptio vestigali auxit, ut
 quadam epistola data ad præfectum annonæ urbis et
 iam ipse gloriatur. Aurelianus Augustus Flavio Ara-
 biano præfecto annonæ. Inter cetera quibus diis faventibus
 Romanam Rempub. juvimus, nihil mihi est magnificen-
 tius quam quod additamento uncie omne ammonarum ur-
 bicarum genus juvi: quod ut esset perpetuum, ² navicu-
 larios Niliacos apud Ægyptum novos, & Romæ amnios
 posui. Tiberinas extruxi ripas: vadum alvei tumentis
 effodi, diis & perennitati vota constitui, almam Cere-
 rem

*Shab -
mentis*

rocriticis, cap. cxx. οὐλαρωτῶν
 χρώματων. εἰς τὸν διπλόν εἶναι λεπτὸν
 λαρωτὸν αὐτούνθεις, οὐρῆσης σύγχρονα
 καὶ γέρας. idem λαρωτὸς ἀληθινὴ
 mentionem facit, hoc est purpureas
 vestes loratae. sed & τὸν μεταξὺν
 λαρωτῶν. nam & subserice paragau-
 dia vestes erant, ut constat ex Clau-
 dio Trebellio. & paragaudæ ipsæ vel
 lora, ex serico auro intecto siebant.
 eum vide toto illo capite. nec multi-
 lores tantum vestes, sed vela quoque
 loris ornabant, & distinguebant. A-
 nastasius in Gregorio iv. ibi ipse fecit,
 & alia duo modica vela fundata, que pen-
 dent in circuitu altaris, habentque lora
 viginti quinque. sed de loris, & lora-
 tis vestibus satis dictum. nam & e-
 runt infra quedam de his dicenda.

Et quidem aliis monolores.] Moro-
 λόρες. Palatinus, monolorius legit. ni-
 hil tamen muto: nam & in sequen-
 tibus dilores & trilores, & cetera eadem
 forma extulit.

1 Quales hodie linea sunt.] Sub Gal-
 lieno & Aureliano nondum in usu
 fuisse linea lorata videntur, sed tu-
 nica tantum. post eorum tempora li-
 neas & interulas etiam loris multis
 variegarunt, & frequentius quidem
 quam tunicas, ita ut & quinquelores
 fierent. nam tales fuisse lineas suo

tempore scribit heic Vopiscus. hinc
 idem in vita Bonosi, in brevi mun-
 erum, quæ Hunila Bonosi novæ nuptæ
 dantur, ditorum interularum meminit, non item tunicarum. sed Bonosus ille
 sub Auteliano vixit, & munera illa ex
 præcepto Aureliani data. jam tum
 igitur Aureliani temporibus linea
 lorata in usu. sed dilores fere tantum,
 non etiam pentelores, quo jam usque
 processerunt Vopisci temporibus.
 longe autem ante Aureliani impe-
 riū auro & purpura linea intex-
 bantur. hæc enim verba Severi Ale-
 xandri refert Spartanus in ejus vita,
 querentis, quod aurum, & purpura
 in lineas mitteretur: si linea idcirco
 sunt, inquietabat, ut nihil expsum habeat,
 quid opus est purpura? in lineas autem an-
 rum mitti etiam dementiam indicabat,
 quam ad asperitatem adderetur rigor. ita
 enim legendus ille locus. hinc illa
 distinctio, ut linea pura dicentur,
 quibus nihil auri vel purpura esset in-
 textum, ad differentiam carum, quæ
 prætextæ intextæ auro & purpura
 infra: & lineas Afras, & Ægyptias pu-
 ras. & linetamen purum. Spartanus,
 quod purpuram non haberet. sic man-
 telia pura opponuntur auroclaratis apud
 eundem.

2 Navicularios Niliacos.] Palat. Niliacos.

1 Qui

rem consecravi. Nunc tuum est officium, Arabiane jucundissime, elaborare, ne meæ dispositiones in irritum veniant. Neque enim populo Rom. saturo quicquam potest esse latius. Statuerat & vinum gratuitum populo Rom. dare, ut quemadmodum oleum & panis & porcina gratuita præberentur, sic etiam vinum daretur, quod perpetuum hac dispositione conceperat. Hetruriæ per Aureliam usque ad Alpes maritimas ingentes agri sunt, iisque fertiles ac sylvosi. Statuerat igitur dominis locorum incultorum, qui tamen vellent pretia dare, atque illic familias captivas constituere, vitiibus montes conferere, atque ex eo opere vinum dare, ut nihil reddituum fiscus acciperet, sed totum populo Rom. concederet. ⁴⁸ Facta erat ratio dogæ, cūparum, *caskets*

navium

1. [Qui tamen vellent pretia dare.] Idem Palat., cum vet. editione: qui tamen vellent gratia dare, forte statuerat dominis locorum incultorum, qui tamen vellent gratia, pretia dare. id est, illis tantum quorum bona gratia id facere posset, statuerat pretia dare: neminem enim invitum suis cedere, quamvis incultis volebat. aut certe nihil mutandum est in vulgata.

CASAUBONUS.

2. Facta erat ratio dogæ, cūparum, navium, & operum.] Volui editum dogæ. ea enim vera lectio, non dochæ, ut recte docuit Turnebus in adversariis. Glossæ, Doga, βάθης. Dogarius, βαθοποιός. quid esset βάθης sive βάθις, exposuimus ad Capitolinum in Maximinis. Glossarum auctor duo nomina ingentium vasorum buttis & cupa confundit. nam alibi ita scribit, βάθης, cupa: βάθιος cupella. sed nos supra ex Hertone mathematico hæc vasa distingueamus. utrumque nomen servat hodie idiotismus Francorum. nam bouteille, est butticula: ut à cornicula dicimus cornille. Putabat Jacobus Cujacius, dogam à

Tom. II.

Greco δοχὴ esse ductum vocabulum. & fortasse ita est. dubito tamen: quia memini legere in libris Hebræorum πάντα, quod plane est doga. est autem illis πάντα navis genus: unde apparet dogæ vasis amplitudo. sic cupa Hesychio navis genus esse dicitur: & alia quædam vocabula modo navigium, modo vasis grandis aliquam speciem significant. Pro operum malum operarum: et si & alterum potest ferri.

GRUTERUS.

2. Facta erat ratio dogæ.] Sic etiam Pal. non dochæ, ut editi.

SALMASIUS.

2. Facta erat ratio dochæ cūparum.] Recte doctissimi viri heic dogæ repousuerunt, & quid esset doga nos docuerunt. Glossæ: doga, βάθης. verustæ membranæ ibi legunt βάθης. & sic alibi scriptum in illis Glossis. η έστις enim dicitur, non ὡ βάθης. sed hoc leve est. Gregorius Turonensis dogas vocat canales quibus aqua ducitur. sic enim ille: tertio vero vocata virorum multitidine fossas in circuitu fieri iussit, ne forte dogis occultis lymphæ deducerentur in

O o fontes,

navium & operum. sed multi dicunt, Aurelianum, ne id faceret, præventum, alii à præfecto prætorii suum prohibitum, qui dixisse fertur, *Si & vinum populo Romanus, supereft ut & pullos & anseres demus.* Argumento est id verè Aurelianum cogitasse, imò etiam facere disposuisse, vel ex aliqua parte fecisse, quod

fontem. nos etiam hodieque dogas vocamus fontium conceptracula. vulgo doges. Græci quoque δόχας dixerunt. Hesychius: δέπτες, δόχας οὐδέτερος. & sane doga à δόχη· κινγ. sic καλέαν, galbanum. σίχεον, st. gum, tunica. ζάλη, zanga, & alia sexcenta. δόχας quoque, δέ δέχεται Græci dixerunt, alveos. Hesychius: δόχη, δόχας, λατήρες. ex voce λατήρη, lunter fecerunt Latini veteres. ita semper in melioribus libris hoc vocabulum scriptum reperitur, pro linker. lunter igitur pro linker dixerunt à λατήρῃ. ut iherosaurus, Ἰησουραῖς. hinc luntriculus apud Ciceronem in epist. ad Atticum. sic βύτις & βύτιζεον, quod dogam significat, in martyrio Gelasini pro alveo, & embasi vel solio balnei positum est, apud auctorem Chronici Alexandrini: εἰ τοῦ μημεώδετο πρόσωπον αἴσιον. πανδίκης θάτες αἴσιμενα καὶ τούτους θεωρεῖται ισταλον αὐτὸν οἱ ἄλλοι μημονεῖς βύτικον μεταβάλλουσι βαλανίς. γύμνους οὐδεῖται χλιαρές. & paulo post: ὃ δὲ αὖτις Γελασινὸς ὁ δύτερος μημεώδετος καὶ αἰσιθαῖς καὶ βύτιτης φορέσας ιματια λαθηταὶ συνέπινεν ηγέρης θεωρεῖσθαι. item: εἰδος γὰρ δόξαν φοβερόν εἰς τὸ βύτιον καὶ Χεισιανὸς δηθυνόντων. priore loco malim legere: εἰς βύτιον μεταβάλλουσιν οὐδεῖται. scio tamen & quomodo βύτιον ibi defendi possit. nescio an inde dictum butinum, quod acerabulum significat. Hesychius: αὔγεταις, βύτινα, τευτλίων. buticulam esse, ut vocamus vulgo, perperam interpretantur. hinc butinarius apud Cyprianum epist. xxxix. qui butina facit: item affinnimus Sophronium, & ipsum de exteriori Soliaffum butinarium. male Butinarius in editis legitur, quasi cognomen ipsius Soliaffi, aut gentile nomen ab artificio butinarius dicitur; ut eadem epistola, Paniam farciatam de artificio appellatam legeret. at butina in legibus Ripuariorum tit. x. aliud est. βυτίνη vocabulum etiam Tarentinorum est, & matellam, aut lagenam vel urceolum significat. vide Hesychium. apud eundem legere εἰς βύτιον, superior. βύτιζεα, vel βύτια etiam pro buticulis. vel buticellis leguntur apud recentiores Gracos. apud Nicetam, βύτιζεα οὐσια δογα εἰς λύγων. tales hodie apud nos buticella vitrea vimine texto cooperata. βύτιον vel βύτιζεον diminutivum à βύτισ. sic butica à bute, & buticula. Glossæ βύτινη dogam interpretantur: sed hoc loco aliud esse videretur. cui enim non dixit auctor, facta erat ratio dogarum, navium & cuparum? ita sane loqui debuit. ac fortasse ita etiam legendum. dogæ cum libris retinemus. rationem dogæ intelligamus necesse est, tantam vini copiam & mēnsuram, quanta singulis annis erat redditus ex illo opere quod instituerat Aurelianus. sic malim, quam cum Cujacio legere continuatim, dogæ navium & cuparum, & intelligere capacitatem navium & cuparum.

CASAUBONIUS.

ⁱ Quod in porticibus templi Soli. [Templi ejus quod Soli & Belo posuit Aurelianus.

SALMASIUS.

ⁱ Quod in porticibus templi Solis fiscalia vina ponuntur.] Fiscalia vina vocat quis

in porticibus templi Solis fiscalia vina ponuntur, non gratuita populo eroganda, sed pretio. Sciendum tamen, congiaria illum ter dedito, donasse etiam pop.

Rom.

lärgess

quæ fiscus dabit populo, non gratis, sed pretio. sic fiscalis panis qui populo dividebatur, gratis ille quidem non pretio, quem & civilem, & gradilem supra notare memini. veteres

Glossæ ad Persium :

— *populi cribo decussa farina.*
farinam, panem non delit: *sus cribro decussum*, sed plebeum de populi annona, id est fiscalē dicit. eumdem & dispensatorum dicebant. *vetus interpres Horatii*, secundum & dispensatorum panem eumdem facit: *eum enim esse scribit*, de secundo pane loquens, qui non sit *silagineus*, non primus, non postremus, sed dispensatorius. ubi dispensatorum pauem accipio, quem *Fiscalē* dixit interpres *vetus Persi*, quod populo scilicet dispensaretur.

Prudentius:

— *populo gradibus dispensus ab aliis.*
Subit tamen mirari, cur panem illum fiscalē sive dispensatorum non de prima nota fuisse, sed secundaria notent illi interpres, cum vel à prima ipsa institutione panium dividendorum, quam Aureliano adjudicavimus, populū Rom. silagineos panes, hoc est primos & mundos accepisse constet. sed fuisse tempus, in quo non mundos panes è fisco percipiebat populus, sed sordidos comparabat, ostendit lex v. Cod. Theod. de pane gradili: *civis Romanus, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Sardinienses, quinquaginta uncias comparabat, tringinta & sex uncias in bucellis sex mundis sine pretio consequatur. panis enim mundus, opponitur secundo, & sordido.* mutavit igitur id Valentinianus, vel potius in antiquum statum rededit, ut populo mundi panes distribuerentur, quos ante eum sordidos, nec gratuitos, sed pretio comparabat è fisco, ut vina etiam fiscalia emebat Vopisci temporibus. quod ad gradilis appell-

lationem attinet, diximus supra, unde diceretur, & ubi distribueretur. videtur tamen aliquis existimare posse in circa maximo distributum plebi Romanæ panem gradilem ex verbis Ammiani Marcellini l. xxviii. de plebe minuta Romuli: *hi omnes quid vivunt vino & tesseris impendunt, & iugis, & voluptatibus & spectaculis: eisque templum & habitaculum, & concio, & copia eorum & spes omnis circus est maximus.* quod enim dicit copiam omnem & spem plebeiorum fuisse circum maximum, jure referas ad hanc annonarum civicarum gratuitam ergationem in circa maximo fieri solitam. loca sane & gradus in circa maximo popularibus fuere designati. graduum circi in urbe Constantinopolitana meminit Chronicum Marcellini: *sedis popularis in circa facta est, miles & armatus obstituit. Gradus circi septentrionalis sua cum fornice incensa collapsique sunt, Anastasio Cæsare in processibus commorante, fornices graduum vocat quos Corippus arcus, in illis gradibus qui in foro Constantinopolitano de lignis exstruci erant. sed hæc apud Ammianum pluribus.*

CASAUBONUS.

I Non gratuita populo eroganda, sed pretio.] Videbatur sententia hujus loci, contrarium ejus quod his verbis dicitur, postulare: ut nimis vina fiscalia, quæ dixit ponit solita in porticibus templi ab Aureliano adificati, non pretio, sed gratuita populo erogarentur. ita melius probaverit quod docere instituit. Sed in edita lectione consentiunt & membrana aliter igitur exponendum: ut intelligamus, Aurelianum dum ea parat quæ ad genus hoc largitionis erant necessaria, interisse prius quam nova liberalitate hacuti cepisset.

Rom. tunicas albas manicatas ex diversis provinciis,
& lineas Afras atque Aegyptias puras : ipsumque

pri-

SALMASIUS.

1 Tunicas albas manicatas ex diversis provinciis.] Ut Dalmaticas ex Dalmatia. Chiridotas Dalmatarum vocavit in Pertinace Spartanus.

CASaubonus.

2 Ipsumque primum donasse oraria, pop. Ro. quibus uteretur populus ad favorem.] Erant veteribus, ut hodieque nobis, linteamina quædam parva, ad munditiem corporis usus magni & multiplicis. Ejus generis sunt sudaria, semicinctia, oraria, & quorum unus meminit Arnobius libro secundo, mucinaria: nos & rem & nomen servavimus μετρον παρεκλινατες. mundatoria enim vocamus in idiotismo Gallico. Semicinctia, ut nomen indicat, & testatur Martialis epigramma, inventa sunt, ut iis se praecingerent vel cum lavarent in balneis, aut gymnaſtae operam darent, vel cum ministrarent: ministrabant enim præcincti, ut ex Suetonio atque aliis scimus. sed postea etiam ad alia semicinctiis usi sunt: quod constat etiam ex sacra historia Actorum apostolicorum, ubi hæc vox Latina usurpatur Græco scriptori, ut & sudarium, altera Latinorum vox. sic enim vocarunt linteæ minuta quibus manantem capite sudorem tergebant. Oraria quid appellaverint, & ad quem usum vulgo haberentur, adeo parum vulgo notum est, ut videam viros doctissimos & veterum & nostrorum, in expositione hujus vocabuli graviter esse lapsos. Scimus etiam homines eruditissimos, cum mentem istius loci non caperent, ejus emendationem varie tentasse. Utuntur voce ORARIUM scriptores Latini, Græci ac Syri: sed origo est Romana. Author Etymologici, postquam docuit φωστων & φωστωνος dici linteum quoddam vel sindonem parvam, ad-

dit, ἡ ωρωπή τη σημαγένης λίζε δὲ στο καὶ οὐδέ τ' αραιεις καλεῖται αἰρέσιον. Similiter & Ballammon Conciliorum interpres, αἴρεσιον τὸ θ ωρωπή σημαγένης. est igitur proprie orarium linteum orientendo paratum. ideo Prudentius pignus oris vocat Πιεσθεφάνω hymno primo:

Hic sui dat pignus oris ut ferunt orarium.

Meminit orariorum Lucilius. nam apud Nonium De genere vestimentorum, ita scribitur. Ricinum, Lucil. Satyr. lib. secundo:

Ricini aurati, riae & oraria mitra. sed non putamus nos adeo antiquam esse hanc vocem, ut ejus potuerit Lucilius meminisse. nam multisdem post ejus ætatem seculis eam cepisse usurpari observavimus. Suspicabamur glossam in versu Lucilii positam fuisse veræ vocis loco: poëtam autem scripsisse, atque anademata mitra. Lucretius libro iv.

Et bene parta pairum frunt anademata mitra.

verum postea deprehendimus aliud hic latere. perperam enim in libris vulgatis cum poëta verbis Nonii interpretatio confunditur, cuius ibi nullum proorsus vestigium appetet. quare non dubitamus locum illum sic esse concipiendum. Ricini aurati, riae, & oraria aut mitra. Lucillii sunt prima solum verba: reliqua Nonii, quibus vocem ricini interpretatur. Rechte autem ille oraria & mitras seu voces ejusdem notionis aut non multum diversæ usurpat. Etymologicum magnum: Μίτραι, κυρίας οἱ δύο φρονῶν η αἰσχλιαν χιορδοι σεφάνω. scribendum αἴρεσιν. Eu-stathius in Iliad. Δ. φασθεντες καὶ αὐτὸ τῷ τέφανης εἴναι πόλε τὰς μίτρας. φάμδοις ὅπι μίτραι κυρίων

οἱ δὲ φασκῶν καὶ ἀρχέρων σέφανοι.
Quod autem oratio ad modum fas-
ciatum longiuscula fuerint, proba-
mus Augustini testimonio De civi-
tate Dei libro xxii. cap. viii. ubi
de eo loquens cui oculus in maxil-
lam fusus erat: Tunc, ait, sicut potuit,
oculum lapsum atque pendentem, loco suo
revocatum, ligavit oratio. Euagrius in
simili historia libro quarto cap. vii.
τὸ Διερρήνεν τελαμώνι αὐαδῆση.
est igitur orarium simile quid τελα-
μῶνι: quam vocem Graci interpre-
tantur λάρογος οὐ φασκῶν. Ambrosius
oratione funebri de obitu Symma-
chi fratris: Divinum illud fidelium sacra-
mentum ligari fecit in orario, Ορarium
involutum collo, atque ita se dixit in mare.
Sed erant oraria, non solum longa,
verum etiam lata. nam antiquis Ju-
venalis interpres quem habemus, fla-
meum illud quo nubentes amicie-
bantur, orarium interpretatur. Optime vero quid sit orarium, decla-
rant ecclesiastici scriptores, qui in ha-
bitu sacerdotali orarium appellarunt
pannum oblongum, brachio sacer-
dotis solitum imponi. In Gracis li-
turgiis saepe fit hujus mentio: & vo-
cant Graci istam manualem lac-
niam, modo ἀράξειν, modo λά-
ρον. quanquam alii orarium & ἀμο-
φόρον pro eodem accipiunt, quod
non sacerdotum sed diaconorum ge-
stamen fuisse invenio. Matthæus Bla-
stares in Synopsi Conciliorum: Οὐ τὸν
εἰς Λαοδικεῖαν κόδιναν καὶ οὐ καγ. & δεῖ,
φασι, τὸν ιππότην καὶ τὸν ιππότην
οὐ περίσσειν αὐτοῖς εἰδέναι, αὐτὰς τὸν
τὸν ιππότην θυρῶν ἔχεις. & post
pauca: τοῖς Διερρήνεντοις εἴδοται τὸ
μόνον, τὸ λατινὸν ἀμων τὴν τελε-
πέναν. εὐλόγητον ἐστὶν εἰς τὸν ὄρανον
τὸ φυλάκιον καὶ ἐπίπερα. οἱ γὰρ εἰς αρ-
τῶντες τὴν τὸν Διερρήνεντον, τοῖς ιεραρχοῖς
παριστάμοις, καὶ ταῖς τοῖς ιερᾶς τελετῆς
ἐπιπρεπεῖς δίκαιοι, τοῖς ὄραρίοις τοῖς
εἰς τὸν ἀμωνικὸν οἰκουμενικὸν Διερρήνεντον
καὶ λαρογόν τὸν ὄφελάντος γένεσις εἰς θω-
μον. τοῦτο κατηχυμένων καὶ τὸ πι-
στόν. Vult diaconorum proprium esse

orarium: quod illi laeo humero im-
positum gestent ex eo autem dictum,
quia teneantur qui orarium habent
diaconi, stantes ad pulpum tempus
observare quando oporteat eum qui
sacram paginam legit, vel fideles, vel
catechumenos compellare. ὥραν ε-
cīm esse observare. hoc quidem ve-
rum est: sed verbi notatio inepta &
falsa: qua rāmen non hujus est re-
centioris scriptoris; sed etiam apud
eruditissimum Balfamonem legitur.
Sic accipe apud Codinum curam pal-
tii, in lib. De officiis: ὁ διοχετευτος
φορῶν τὸ σύνθετον αὐτῷ τιχαῖον, Φο-
ρῶν δὲ ἐπ' αὐτῷ τὸ φελόνειον, & μολὺ
καὶ ἐπιλεφχήλιον, αὖλαντον. Sepa-
rat ἐπιλεφχήλιον quod injicitur collo,
ab orario: at in libro Severi Alexan-
drini patriarchæ de ritibus Syrorum,
amicus sacerdotalis pars nominatur
καράν, quod nostrum est sine dubio
orarium: id autem ait imponi collo.
quare idem videtur esse cum eo quod
Graci ἐπιλεφχήλιον dicunt. Habue-
runt & episcopi orarium suum, vel-
ut quoddam sanctissimæ dignitatis
insigne. Vita Fulgentii: Una tantum
vibissima tunica, sive per cæstum, sive per
hiemem pauciter induitus: orario quidem
scit omnes episcopi nunquam utebatur.
Sed hoc episcoporum orarium pecu-
liares formæ fuit, nec ut cetera ora-
ria, simplex tantum fascia: quare
etiam pallium est appellatum: in ele-
gantissimo libello quo historia Syno-
di Remensis continetur, ita scriptum.
Arnulphus in sui promotione (is fuerat
Durocorotti Remorum episcopus)
annulum & baculum accepérat, quoddam
que genus orarii quod per differentiam pal-
lium dicitur. Orarium appellaveris apte
sericeam institam, quam collo ap-
pendunt in Galliis magistratus, &
alii qui doctores fuerunt renunciati.
Olim ad usum tantum munditiei
gestabatur: sed Aurelianus, ut docet
hic Vopiscus, novum & prius inco-
gnitum oriariorum usum instituit. de-
dit enim populo oraria, quibus ille
uteretur ad favorem. Theatrorum ac
Circi verba sunt favere & favor, quæ

non significant tacitam benevoliam, sed quæ voce gestuque exprimeretur. ita accipendum aliquot horum scriptorum locis, & non raro apud alios. Hieronymus epistola ad Pammatium: *Hac dico, non quod de ardore mentis tuae quicquam dubitem, sed quo currentem impellam, & acriter dimicanti fervorem favore augam.* favor hic est Σφραγίς, ἐπιστολής, & adclamatio incitantis ac bene cupientis. auctor libri *De vera circumcisione*, quem sine causa quidam Tertulliano ascribunt: *Mirratio: nam vult CHRISTVS predicari quod gaudet intelligi: nam maxult se inventum esse quam proditum, ut virtus sua illum non favor manifestaret alienus.* Cælius Aurelianuſ Tardarum pass. libro primo, capite v. Adhibendi auditores sunt ægrotanti confueti, quæ favore quodam atque laude dicta prosequentes, dicentis animum laxent. Septimius Romanus: *Interea reliquis ducibus favorem attollentibus, gaudio laetitiaque completa omnia sunt.* πάντων περὶ βόης αὐτὸν ΣΦηνοθέτων. Corippus l. 1111. de ludis Justini Cæsaris:

Omnia roboribus sternunt loca plana positis,
Conjugant tabulas, & ferri nexibus arctant:
Quæ pondus strepitusque virum motusque facientis
Ferre queant populi.
& statim,
Dissoluere gradus quis flaret in ordine longo
Divisum in turmas, utque in sua corpora vulgi,
Posset & exertas ad munera tendere palmas,
Liberius spectare oculis, manibusque favere.

manifestissime declarant hi versus quid sit favere in re ludorum, & quid hoc loco favor. quam vocis hujus notionem cum ante nos viri doctissimi observalsent; iidem tamen quis esset oriariorum usus in favendo, sive ut loquitur Vopiscus, ad favorem, non sunt assecuti. Nam quod referunt ad modulatas adclamations, &

oriariorum interpretantur tegmen aliquod aut velamentum resonans, haut dubie fugit eos ratio. Enimvero favere orario, vel uti ad favorem orario, nihil aliud est nisi jactato orario dare signum favoris. ante Aurelianum toga hoc fiebat. Ovidius libro tertio Amorum universum favendi morem pulcherrime expressit his versibus.

Maxima jam vacuo Praetor spectacula circa
Quadrijuges equo carcere misit equos,
Cui favos video: vincet cuiusque fabebis:
Quid cupias ipsi scire videntur equi.
Me miserum, metam spatiose circuit orbem:
Quid facis? admoto proximus axe subi.
Quid facis infelix? perdis bona vota pueræ:
Tende precor valida lora sinistra manu.
Favimus ignaro: sed cum revocate Quirites:
Et date jactatis undique signa togis.
En revocant: at ne turbet toga mota cæpillos,
In nos fratres abdas te licet usque finis.

Habes hic adclamandi morem, & ipsarum adclamationum exempla: habes & quam diximus toga jactationem: quo spectabat illa Varonis & Columella querela de suorum temporum patribus familias, qui in circis potius ac theatris, quam in segetibus ac vineis manus moverent. Graci hoc dicunt αὐατελεῖ τὸν χεῖρον οὐ τὸν ἔδυτα. Philostratus in imagine Arichionis Olympionica: τοιχε μὲν ἀριτταῖς μόνον τίκτα οὐδὲν κανογογικένει. Βοῶντος γένεν διαπλησσεῖς τὸ δέκανον οὐ οἰ μὲν τὸ χεῖρε αὐασίσσοντο οἱ Ἰ τὸν ἔδυτα. in vita autem Heliodori sophistæ Hadrianus imperator admiratus ejus virti eloquentiam, et si non erat in theatro, more tamen theatrorum exilit, exclamatque, ἀνδρῶν οἶον γῆραντος τὸ ιμαυτὴν καιρὸν οὐρανοῦ (sic scribendum:) οὐ τοιαύτη εἰπάται τὸν Ηλιόδρου.

δερος, αραστιαν την καιρον, η την ηλιον, την χλωριδον, idem significat μηλοστειν των οθόνων apud Eusebium in septima historia ecclesiastica, de Paulo Samosateno heretico: qui graviter offensus dicitur quoties publice verba faceret, των μη επινεγον μηδε αις εν των θεοροις μηλοστειοι των οθόνων μην οι εκσοωσι την αραστησι. Eunapius in Juliano sophista: αρά τε επιδοτει ο αιρινπαλον εν Ερρη, κη την πειπόφυγον αραστιαν εσθητη, επειρτη την προσεγίσιον. sic αραστησιν την εσθητη apud Aristeneum. Quod igitur iactatione togae ante Aurelianum non sine aliquo incommmodo, ut & superior Ovidii locus declarat, fieri solitum, eo auctore mutatum est, ceperuntque loco togae oraria iactari. Inde qui favebant, orariarii dicti, & contracta voce euphoniam gratia, atque oī in audiophthongum mutato, aurarii. Servius in illum versum,

Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris:

AURIS, ait, favoribus: unde & aurarii dicuntur fautores. deducit hanc vocem ab aura, sed auro: transcripsisse eum Servii locum in suos libros Isidorus. nobis tamen videtur aliter. nec moramur scribendi consuetudinem contra analogiam: cuius exempla multa in Latina lingua. Quemadmodum autem isti in ludis favoris signum orariis dederunt: sic alios iactatione sudarii dare signum solitos observavimus. Nam ut in ecclesiis Christianorum diaconus qui orarium gestabat, eum qui in ambone sacram scripturam legebat, admonebat quando vel ad fideles vel ad catechumenos deberet orationem flectere: sic in Iudeorum synagogis legem ē pulpite recitanti aderat aliquis manu sudarium tenens, qui populo signum daret ut AMEN diceret: dabat autem signum, בְּסִדְרֵךְ, ut loquuntur Rabbini, id est, motitans sudarium. Sic etiam in judiciis capitum cum reus

post latam sententiam ad locum supplicii ducebatur, constituebatur aliquis in pratorii foribus, qui si de ejus innocentia inter haec constitisset, dato signo, executionem supplicii impediret, & condemnatum ad judices revocaret. id autem signum datur similiter iactato sudario, ut diserte iidem magistri testantur.

SALMASIUS.

2 Ipsumque primum donass craria pop. Rom. quibus uteretur ad favorem.] Oraria quid essent docuit nos ad hunc locum Casaubonus, cum vulgo ejus vocis notio etiam doctissimis esset ignorata. ego unde dicta sint, dicam. Orarium est vel segmentum, vel lorum quod ad oram vestis adsuitur, atque inde oratio nomen. quæ vox fasciam vel institam significat. non igitur ab ore, sed ab ora vestis, cui adneftebatur oram vestis Gr. πέζαν vocant. unde πεζοφόρει γετῶν Αschylo. fasciam autem vel zonam, quæ adponebatur, ornamenti gratia, ad illam extremam oram, πεζίδιον Græci nuncuparunt, quod ad verbum est orarium. ut autem orarium, pro quavis zona vel loro postea usurpatum est Latinis, sic Græcis quoque πεζίδιον pro qualibet fascia, positum est. hinc πεζίδιον fasciam imperiale illis significat vel diadema, & cingulum capitis penes mulieres. optimæ Glossæ: πεζίδιον βασιλιγν, diadema. πεζίδιον γυναῖξ, fascia. lorum vocat Balsamo, ut supra docuimus. nam lorum utrumque significat, & vittam quæ vestis extremitatem ambit, & fasciam coronæ regiae. sic & πεζίδιον. πεζίτον. Suidæ dicitur: πεζίτης ἐπὶ τῷ αὐθεντινῷ τῷ πεζίπα σέμημα. idem alibi, πεζίπα σέμημα. hoc & φακιόλιον dicebant. quod verbum nemini adhuc intellexum, certe apud neminem adhuc recte expositum vidi. nam qui φακιόλιον faciale esse volunt, ut verissime dicam, errant. φακιόλιον idem est quod πεζίδιον, & fasciam vel vittam.

O O 4 qua

Rank Verdiens

584 FLAVII VOPISCI SYRACUSII
primùm donasle oraria pop. Rom. quibus uteretur
popu-

qua caput cingitur, significat. Hesych.
 Στιλικόνια, Φακιόλια, ζωάετα.
 Ζωάετα. ὁρέστα Τισρέων. Apud
 Achmetem Φακιόλιον ponitur pro
 diademate regio. Suidas in voce οὐ-
 δαιοῖς: Κῆρες δὲ ποιδεῖαι λέγεται τὸ οὐ-
 δαιον πτήνιον η σεφανον η Φακιόλιον
 η πτίον βαζείδην Περού. idem:
 Φάκελον τὸ θυμφαλῆς φόρεμα, ή
 η Φακιόλιον λέγεται. Φακιόλης Niceta
 est κυρβασία. idem Nicetas Φα-
 κιόλης appellat, vincula, quibus lig-
 norum fasces alligantur, qui Φάκελοι
 apud antiquos & meliores Græcos
 dicti. at contra Φάκελον, Suidas dici-
 ait fasciam capitis: quæ vox vulgo
 Græcis, vinculum quo sarmamentorum
 manipuli ligentur, denotat. minime
 tamen dubito quin Φακιόλιον Græci
 barbari dixerint pro Φακιόλιον,
 hoc est fasciolam. recte Nonnosus
 apud Photium Φακιόλιον suo tem-
 pore dictum, veteribus Φακιόλης
 appellari notat. cuius hæc verba sunt:
 ὅπ τε σανδεῖαι τινὶ λεγόμεναι σχοῖ-
 λας ἔλεγον οἱ παλαιοί. ή τὸ Φακιό-
 λιον, Φακιόλην. ita enim emenda-
 dum. vulgo editur, Φακιόλην, cor-
 ruptissime. licet etiam legere, Φα-
 κιόλην, pro Φακιόλιον. sic Φακιόλιον,
 πεζόλιον, αρχέλον, Græcis barbaris i-
 dem significat, institam scilicet,
 aut lorum vel fasciam. loco igitur
 laciniæ vestis, quam faventes mo-
 titabant in ludis Romanj, institas
 illis vel fascias, quas manu tene-
 rent, & ad favorem moverent,
 dedit, quæ oraria dicta ab ea re, quam
 posui. cave tamen propterea putes
 aurarios fautores dictos ab istis ora-
 riis; quæ fuit sententia doctissimi vi-
 ri. aurarii enim ab aura dicti, quæ
 ventum faventem, & favorem signi-
 ficat. hinc aura popularis, & aura favoris
 popularis apud Livium sèpe. hinc for-
 tunæ aura apud poëtas, favens fortuna
 dicitur. Falsum etiam quod heic no-

tavit vir eruditissimus, Servium mo-
 do ab aura, modo ab auro aurarios
 deducere. immo nusquam ille ab
 auro, sed ab aura duobus locis aura-
 rios dictos notat. imposuit doctissi-
 mo viro locus hic Servii:

Discolor unde auri per ramos aura reficit,
 Auri aura, splendor auri. Horatius:
 — tua ne retardet,

Aura maritos.

id est splendor. hinc & aurum dicitur à
 splendore qui est in metallo. Hinc & aurarii
 dicti, quorum favor splendidos reddit.
 quo loci non aurarios ab auro dedit,
 sed ab aura, qua vox splendorem vult
 significari. inde anri auram apud poë-
 tam interpretatur, auri splendorem.
 sed & aurum ipsum, ab aura hoc est
 splendore dedit, quod splendeat
 hoc metallum, à qua aura, & aurarii,
 quorum favor splendidos homines
 reddit. nam aurarii fautores. idem
 Grammaticus ad illud Virgilii:

— adspirat primo fortunatiori.
 adspirat, favet. ut, Adspirant aura in nit-
 em. unde & favor, aura dicitur. inde
 igitur aurarii fautores ab aura, non ab
 orariis, ut perperam existimavit vit
 undeque doctissimus. si quis
 autem orarium, non ab ora vestis,
 sed ab ore potius dictum existi-
 met, ut sit ἀργονῶν ἐμφεγεῖον, hoc
 est sudarium, quemadmodum inter-
 pretantur Græci, non repugnat. su-
 darium autem & orarium fere idem &
 ad eundem usum: linteum scilicet
 ad oris sudorem detergendum. me-
 dia apud Græcos Comœdia auctores
 καψιφάνιον vocabant. Pollux: τὸ δὲ
 ιμετύσιον ἐστὶ οὐκ εἴ τε Αἰγύπτιον, εἴη
 διὰν καὶ τὸ σὺ μέσην Καμαρδίαν καψι-
 φάνιον καλούμενον, οὐ νῦ σεβαστὸν
 οὐκέτετες. orarium vocat Etymolo-
 gicum magnum, αρχέλον, qui Græcis
 φάστων, & interpretatur ἀργονῶν
 ἐμφεγεῖον, hoc est καψιφάνιον. per-
 peram apud Hesychium, καψιφάνιον
 legitur.

x Milius

Thasand: colluviaed

populus ad favorem. Displicebat ei quum esset 49 Romæ , habitare in Palatio , ac magis placebat in hortis Sallustii vel in Domitiæ vivere. ¹ Miliarensem denique porticum in hortis Sallustii ornavit , in qua quotidie & equos & se fatigabat , quamvis esset non bonæ valetudinis. Servos & ministros peccantes coram se cædi jubebat , ut plerique dicunt , ² causa tenendæ severitatis: ut alii , studio crudelitatis. Ancilam suam quæ adulterium cum servo suo fecerat , capite punivit. Multos servos è familia propria qui pec-^{12d} caverant , legibus audiendos judiciis publicis dedit. ³ Senatum , sive senaculum , matronis reddi voluerat : ⁴ ita ut primæ illuc quæ sacerdotia senatu autore meruissent. ⁵ Calceos mulleos , ⁶ & cereos , ⁷ & albos , ^{bax.} & he-^{Collected}

CASAUBONIUS.

¹ Miliarensem denique porticum in hortis Sallustii ornavit.] Miliarensem vocat , quam Suetonius Nerone capite xxxi. millenariam. hortorum Sallustii , qui erant Augustorum , meminerunt præter Victorem , Tacitus & Ulpianus lege xxxix. De legatis libro primo. Aberant hi horti à Palatio longiusculè : ut colligas ex incerti auctoris panegyrico ad Constantinum.

³ Senatum sive senaculum matronis redi voluerat.] Vide ad Lampridium in Heliogabalo.

⁴ Ita ut primæ illuc quæ sacerdotia senatu auctore meruissent.] Excudit vocula. Scrib. ita ut p. illuc , quæ s. s. a. meruissent , essent. Cale.

⁵ Calceos mulleos , & cereos alb.] Qui fuerint mullei calcei expositum est à Festo. nos de his & exteris qui hic nominantur multa alibi scripsimus.

SALMASIUS.

¹ Miliarensem denique porticum.] Miliarensem , est millenaria , à millenis scilicet columnis: ut centenaria porticus , quam ἐκστέρισυλον Græci . sic miliaense genus nummi à millenario

numero dictum , quod Græci μιλια-
ριον appellant. de quo in nostro de-
re nummaria libello multa concessi-
mus haecnenus adhuc non vulgata.

² Causa tenendæ severitatis.] Sic te-
nere disciplinam Cypriano. & tenere glo-
riam epist. viii. ut qui adversarium prima
bac congesione viciſſis , gloriam vestram
forti & constanti virtute teneatis. ibidem:
datam sibi gratiani tenere potuerunt. sic
tenere latebram & quietem apud eum-
dem qui multis in hac loquitione,
quibus omnibus locis , tenere pro re-
tinere positum , ut & in hoc Vopisci
loco.

³ Senatum sive senaculum.] Lege ex
vet. edit. & Palatino: sive senaculum.
sic apud Victorem scribitur: sic in
omnibus manu exaratis librī: sic
etiam apud Sextum Rufum de re-
gionibus urbis Romæ. & sic ratio
scribendum quoque postulat. ita e-
nim à senatu diminutivum senaculum.
ut à potu , poculum; à ferto ferculum , & si-
milia.

⁵ Calceos mulleos.] Palatinus & e-
ditio : calceos mullos. mullos pro mulleos.
sic electros nummos , apud Spartanum
notavimus pro electricis. & aurum
pro aureo in veteribus Glossis: auris;

Xενος. in iisdem Glossis pro sagittis
nam fagus οξειον. nam οξειον ab οξει.
sic marmorum pro marmoreum, apud
eundem Glossarum auctorem: mar-
mora, μαρμαρα. ita scriptum reperi-
in vetustissimis membranis clariss.
Puteanorum. Calcei autem mullei à
colore piscis nulli appellati, non à
nullando, ut aperte ostendit nomi-
nis figura, sed hæc alibi loco aptiore.

6 Et cereos.] Cerei calcei dicti à
colore cerino, qui non solum in ve-
stibus, sed etiam in aliis rebus locum
habuit. Ovidius:

Et sua velleribus nomina cera dedit.
hinc cerinarii vel carinarii Plauto qui
cerino inficiunt. cerinum coloreum
etiam in gemmis agnoscit Plinius
lib. xxxvii. cap. v. quarto loco numer. in-
tutur hyacinthizontes. quinto quos æroides
vocant: post eos autem cerini. de bery-
llis loquitur. Cerei igitur calcei, ce-
rini sunt coloris. nam cereus & cerinus
idem, ut cocceus, coccinus, coloreus,
colorinus, aureus, aurinus, orinum
nos hodie dicimus. sic castaneus,
castaninus. Cyprianus de cæna, ve-
stem Susannæ tribuit castaninam, hoc
est castanei coloris. & simul alludit
ad ejus castitatem. vulgo hodie apud
Cyprianum legitur, aut quisquis est
auctor illius opusculi, castaninam. quod
nihil est. ex conjectura autem olim
emendavi, castaninam: quam nuper
mihi confirmavit Azelinus quidam
Rhemensis monachus qui libellum
illum, ante aliquot annorum eng. C. -
tridæs, versibus reddidit rhythmicis.
hujus mihi fruendi copiam fecit do-
ctissimus vir & optimus Franc. Jure-
tus. sic igitur ille habet:

*Helchiæ pulchra filia
Secura per pomeria
Susanna fert castaneam.*

Castaneus color in vestibus jam supra
nobis indicatus. castanatum dicimus.

7 Et albos.] Albi calcei Romæ quo-
que usitati, & viris & mulieribus, &
elegantiorum tantum erant. Martialis:

*Sordidior cæno cum sit toga, calcetus au-
tem*

Candidior prima sit tibi, Cimna, niv.
Ovidius de mulieribus:

*Pes malus in nivea semper celestus datus.
nivei etiam calcei histriionum. Ph-
drus:*

*Princeps ligato cyrure, nivea fascia,
Niveisque tunicis, niveis etiam calceis.
Albos calceos vel niveos, puros vo-
cat Tertullianus de Pallio: impas-
cruis purum, aut nullorum inducit cal-
ceum. sic tunicae puræ, manilia pura, &
cetera, quibus nihil auri, nihil pur-
puræ admixtum. & purum calceum
ibi jungit cum puniceo vel purpureo,
quales Romanæ etiam gerebant ma-
tronæ, ut ex hoc loco constat, & ex
enchoridio Epicleti, in quo πυρηνὴ
τελετὴ fit mentio. Albos cal-
ceos, meretricum fuisse getamen
scribit Pollux: λαβηγγεῖστην μελαχ-
λον ἐπιτελεῖν. hæc posuimus, ut os-
tenderemus frustra fuisse Liphium
legentem, galbos calceos, & exponen-
tem, virides. mala correctio, pessi-
mum interpretamentum. nam gal-
binum vel galbeum, vel etiam galbinum
colorem supra docuimus, esse au-
reum: idque nomen hodie retine-
mus. quem enim colorem jaunum
dicimus, is est galbinus, vel galbinum.
sic enim scribebant, & pronuntia-
bant recentiores, ut canulum, & can-
culonem, pro calculo & calculeone, ut alia
sunt ejusmodi in nostra lingua infi-
nita, quæ ex Latino mutuati sumus,
& ad eamdem formam illud ele-
mentum mutavimus. sic galbinum est,
geaune vel jaune. fallus item est herba-
tius ille Turnebi qui galbineum co-
lorem ei persuasit esse, cæruleum dilu-
tiorem, inductus ex verbis Vegetii qui
florem cythisi galbineum vocat, &
quod ipse in cythiso talem florem ag-
noverat, nempe cæruleum. sic cæ-
ruleum, & galbineum eundem volebat
videri. at Dioscorides tres diverlos
colores flori cythisi assignat, χλωροῦ,
λαβηγγεῖστην μελαχλον. hoc est, aureum,
album, & cæruleum. Hoc fraudi suit
doctissimo herbario, qui in cæ-
ruleum tantum inciderat. alborum, &
galbineorum cythisi florum mem-
nit*

& hederacios² viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.

nit Marcellus de medicamentis, cap. xxv. Latine cythifus dicitur. virgultis est subioris vel curvis, foliis oblongis bene virientibus, floribus conclusis oblongis, albis vel etiam galbineis. hoc est aureis, ut alicubi explicat Vegetius. sed herbariis studium stadiumque suum in quo decurrant, ne præripiamus. hoc tamen volui dictum.

I Et hederacios.] Hoc est hederacii coloris, prasinos scilicet, aut virides. sic herbos calceos pro vitidibus Martianus Capella posuit: calceos autem smaragdinæ fluctu viriditatis herbosos vestigis ejus tellus ammoxuit. Sed de calceis veterum, eorumque generibus & coloribus, alibi, si Deus dederit, plura libello huic rei dicato, sumus distiuri.

2 Viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.] Ergo ante Aurelianum viris cum mulieribus erant communes calcei mullei, cerei, albi, & hederacii. & de mulleis quidem hinc licet colligere, non ante Aurelianum, proprios eos tantum fuisse imperatorum, qui soli calceos rubros, id est mulleos gerébant, nemine prater illos, colorem eum in calceis usurpatे. hinc sub aliis post Aurelianum imperatoribus, & illis præcipue qui Constantinopoli sederunt, calcei rubri & ex rubricatis pellibus, imperatoribus solis sacrati. Corippus lib. ii. cap. iii. de calceis Justinī Imperatoris:

Purpureo surere resonant fulgence cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vincis,
Parthica Campano dederant que tergora
foco.

Zanchias parthicas vocat Trebellius in Gallieno, de corio Parthico factas. nullum igitur antea discrimen inter imperatorum calceos, & senarorum vel patriciorum, si quidem & eodem colore fuerunt, & forma. coccineorum calceorum meminit Martialis, quos ut videtur, patriciorum & nobilium vult fuisse. lib. ii. epigt. xxix. in Rufum quemdam:

Non hesterna sedet lunata lingula planta:
Coccina non lesum pingit aluta pedem.
nigrum tamen colorem in calceis pa-
triciorum frequentiorem fuisse vi-
deo. Juvenalis:

— hic nobilis & generosus,
Et medianum nigræ lunam subtexit alutæ.

Horatius:

— nigris medium impediit crus

Pellibus. —

Sed & olim patricios cum mulleis calceis fuisse, hoc est puniceis, notat Festus ex Catone: qui magistratum curulem cepissent, calceos mulleos, alii incinatos, ceteri peronis. sic igitur statuendum est. libera stante repub. Patricii, & senatores calceos nigros gestabant: ex patriciis autem, qui magistratum curulem cepissent, mulleos, hoc est rubros. at postquam imperatores sibi solis punicos illos sive mulleos calceos voluere quasi proprios relinqui, consulibus, non purpurei aut punicei, ut antea, sed aurati sunt attributi, ut constat ex Cassiodoro. ita igitur conciliandi sunt auctores, qui patriciorum nigros faciunt calceos, & qui mulleos. nam patriciorum eorum qui magistratum curulem cepissent, proprium gestamen erant mullei calcei; reliquorum qui nondum in sella curuli sedissent, vulgariter nigri. id omnino evincit locus Catonis apud Festum. ludunt operam suam, & nobis illudunt, qui, ut discidium auctorum in concilium ducant, duas in mulleis partes distinguunt. & partem illam quæ pedes tegebat nigram fuisse volunt; alteram quæ tibias, rubram & mulleam. Notat Dio Cæsarem usum esse calceis altis & rubricatis, Albanorum regum more ad quos originem referebat. mulleos Albanorum fuisse proprios observat Festus in voce mullei. vetus inscriptio C. Marii, puniceis eum calceis & veste triumphali ædem Honori fecisse scribit. DE. CIMBRICEIS. MANVRIEIS.
ET. TEVTONICEIS. AEDEM. HONORI.

VICTOR.

588 FLAVII VOPISCI SYRACUSII
quit. ¹Cursores eo habitu quo ipse habebat, senato-
ribus

VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVMPHALI.
CALCEIS. PVNICEIS. quam produxit
ad Suetonium vir eruditissimus. sed
male puniceos calceos, à mulleis di-
versos facit. nam punicei calcei quo-
rum in illa inscriptione mentio, sunt
mullei calcei, vel ἐρυθρούς, ut vo-
cat Dio. qui non solum triumphan-
tibus gestari soliti, sed etiam alio
quovis tempore patriciis illis qui ma-
gistratus cepissent curules. Ab Alba-
nis regibus ad Romanos senatores
transluisse notant Pompejus & Dio.
hoc notum est. illud non item, mul-
leos istos vel puniceos calceos qui-
bus usi sunt Albani reges, & post eos
patricii Romani, Tyrrenorum fuisse
inventum & Tyrrhenicos dictos,
quod eorum factura Tuscanica esset.
totius antiquitatis condus promus
Virgilius Tyrrenos calceos Euan-
dro regi tribuit, qui in Italia regnavit
ante Albanos reges lib. VIII.

*Et Tyrrenos pedum circumdat vincula
plantis.*

ibi audiamus Servium: *Tyrrenos vin-
cula. Tuscæ calciamenta.* & dicit crepi-
das quas primo habuere senatores, post equi-
tes Romani, nunc milites. Alii calceos se-
natores volunt, quia hoc genus calciamenti
à Tuscis sumptum est. mulleos omnino
calceos inrelligit. quod ut verum es-
se constet, nunc mulleos calceos,
cum Tyrrenis comparemus. *Τυρρηνοὶ ταῦθη* Graci Grammatici,
dicunt esse genus calciamenti, solo
alto, & aureis corrigiis vinciri solito:
*Τυρρηνῶν τὸ κάπτινον ζύλινον τε-
τσαδέλινον.* οἱ δὲ μαρτυρεῖ επίχειροι.
οὐδέλιον γένεται. Alter Grammaticus:
Τυρρηνοὶ οὐδέλια. κάπτινον ή
ὑψηλὸν στα καλεῖται. Dio de mul-
leis vel Albanorum regum calceis
quibus utebatur Cæsar: τῇ πέδῃ
χωνοτέρες τὸν πάνταν εὐηρίσκεται, καὶ τῇ
ταῦθης κεντητῇ, εἴσοτε τῷ υψηλῷ τῇ
ἐρυθροχρόνῳ τῇ τρέβει βαζειλίας τῇ τρέβει
Αλεη ποτὲ μηνομένοις. mulleos cal-

ceos vocat *ταῦθης τὸν υψηλόν*, plane
juxta cum Tuscis calceis. Isidorus,
in quo auctore multa saxe bona no-
ta reperi, & alibi non reperiunt,
sic mulleos describit: *mullei similes sunt
cothurnorum solo alto: superiore autem pa-
te cum offiis vel aeneis malleolis ad quos omnia
deligabantur. omnia cum Tuscis cal-
ceamentis convenient, solum alium
& cothurnorum simile. corrigit,
quos iugularis vocat Pollux, Tuscis cal-
ceos, senatorios interpretatur Servius.*
mulleos autem patriciorum fuisse
scribit Festus. Restat de colore. quem
eamdem fuisse in Tuscis & mulleis,
uno sed validissimo argumento pro-
bamus. mulleos fuisse, puniceos & à
colore mullei piseis sic dictos notavim-
us. punicea item fuisse *ταῦθης τὸν Τυρρηνοὺς* ex Polluce facile probari potest,
apud quem de Tyrrhenicis calceis
hæc verba Sapphus leguntur: *πικί-
λος μαρτλιός, λαδών καὶ τριγώνος.*
Λαδοὶ sunt Tyrreni, quos notum
est à Lydis originem habere. μα-
ρτλιός autem Grammat. exponunt
δέρμα καὶ υποδημα φοινικήν. sic con-
stat mulleos calceos & Tuscos eas-
dem fuisse. lunulam quæ patriciotum
calceis adsubebatur, *Τυρρηνῶν αὐδῆς*
ἐπισφύετον γέρος vocat vetus inscrip-
tio Græca in dedicatione statua Regillæ Herodis Rhetoris uxoris posita,
quam nuper publicavimus:

*Τυρρηνῶν δραχαιον ἐπισφύετον γέρος
αὐδῆς.*

ubi vide quæ notavimus. plura tamen
etiam dicemus in commentario
nostro de re vestiaria.

CASAUBONUS.

I Cursores eo habitu, q.] De his ali-
quid ad Aelium Verum. etiam in ho-
rum amictu suorum morum dabatur
specimen à principe. simile hodie in
veste puerorum à pedibus, qui veterum
fuere cursores.

X CON-

in accordance with the Senator's ratings?

DIVUS AURELIANUS. 589

ribus concessit. ¹ Concubinas ingenuas haberi vetuit.
² Eunuchorum modum pro senatoriis professionibus statuit, idcirco quod ad ingentia pretia pervenissent.
 Vas argenti ejus nunquam triginta libras transiit.
³ Convivium de assaturis maximè fuit. ⁴ Vino rufo ^{(asso) to roast} maximè delectatus est. Medicum ad se quum ægrotaret, nunquam vocavit, sed ipse se inedia præcipue cura-

¹ Concubinas ingenuas haberi vetuit.] At libertinas videlicet concessit: quod primus veruit Constantinus, cuius legem refert Justinianus in quinto libro sui Codicis.

² Eunuchorum modum pro senat.] Vide Lampridium in Alexandro Se- vero.

SALMASIUS.

³ Convivium de assaturis maxime fuit.] Apud veteres, ut plurimum, assa omnia in convivio, hoc est cæna adponabantur, ut etiam hodie apud nos moris est qui elixas carnes ad prandium frequentius exhibemus. assatura sunt ὄντες αὐθιστοι. assator in Glossis est ὄντες, & ὄντες, & ὄντες. Hinc assatarum jura apud veterem Persi interpretem. cuius verba sic legenda & distinguenda sunt: Tucceta apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur condimentis quibusdam crassis obliterata, & macerata: & ideo toto anno durat. solet etiam porcina eadem jure condita servari. Aut assatarum jura, perperam hodie legitur, aut ad saturarum jura, & cum superioribus confunditur. duplarem expositionem vocis tuccetum ibi adserit Grammaticus. primam qua significare ait bubulam apud Cisalpinos conditam & maceratam: altera vero, qua assatarum jura significantur. raro enim apud veteres assatura sine jure: quod tuccetum vel tuccam appellabant. Glossa: Tucca, ταῦχυμης ζωμός. Tuccetum, ζωμός πάχυς. Hesychius: ταῦχυμη λέγεται τὸ ζωμός. ζωμός dicitur magis de assis: ut ζωμός de elixis. impiete faciunt, qui confundunt. ὄφης

τὸ ζωμός apud medicos, est gallina elixa. hinc zema olla in qua coquuntur & elixantur carnes. Zemam jus coquinæ esse dicit Isidorus, apud quem perperam mutant in zomum. veteres Latinos brodium τὸ ζεργό dixisse comperio. sic enim apud Gaudentium in tertio tractatu de Paschate brodium reperiunt positum pro jure carnium. quam vocem hodie Itali continent, & nos quoque habemus modice detinam. ζεργό igitur simplex est liquor, in quo decoctæ sunt carnes. ζωμός est condimentum, & ex multis speciebus gulam irritantibus compositum jus, quod assaturis superfundebatur. sed & alio genere coctis addebatur. Assatarum jura, sunt ζωμός τὸ οὐλῶν κρέαν, vel τοῦ κυνηγετού ζωμός, ut interpretatur veteris auctor Glossarii. ζωμός tamen & ζεργό plerumque confundunt autores, & ζωμός etiam accipiunt, in quo carnes coixerunt, & elixarum carnium jus. Brodium proprie est ζεμα. vox quidem vulgaris, & è medio sumpta. vetus tamen & valde bona, ut ex Graeco facta. βλύδον Graci τὸ ζεμα dicunt, δὲ τὸ βλύδεν. hinc brodium λα in r. sic γλάμα, grama. unde gramos oculi apud Festum. Hesychius: βλύδον τὸ ζεργόν. sed hæc sunt aliis loci.

⁴ Vino rufo maxime delectatus est.] Palatinus, vino Russo. atque ita legendum.

GRUTERUS.

⁴ Vino Russo.] Palatinus Russo.

I. UXORI

curabat. ¹ Uxori & filiae anulum sigillaricum quasi privatus instituit. ² Servis suis vestes easdem imperator quas & privatus dedit, praeter duos senes, quibus quasi libertis plurimum detulit, Antistium & Gillo-

nem,

SALMASIUS.

¹ Uxori & filiae annulum sigillaritum quasi privatus instituit.] Palat. annum sigillaricum. anulus sane diminutivum ab anno, sed annum vel annum pro anulo an usurparint veteres, nescio, nisi επί τε ἔρας in Glossis legitur: Anatus, δεκτυλοφόρος, συμποστόθεις. Anatus ibi, qui Agulejo anulatus: frontem litterati, & capillum semirasi & pedes anulati. sic annum etiam dicebant pro anulo. De annulis autem sigillariis vel signatoriis omnia jam notissima: gratia sit doctis viris, per quos non licet nobis indoctis esse. Illud non ita tralatitium est, chirographos annulos apud Catullum esse signatorios, qui in Bithynia siebant, & ex eo Thynos ab illo dici:

Remitte pallium mihi meum quod involuti,
Sudariumque setatum, chyrogaphosque
Thynos.

hodie in editione etiam Scaligeri, catagraphosque Thynos excusum est, cum ipse fateatur se reperisse in libro suo cyrographos. ex quo faciebat, Typegraphos, sed libri omnes, vidi etiam aliquot, legunt, cyrographos: hoc est chirographos. sic cyrara in veteribus libris non raro scriptum occurrit. sic cyras apud Isidorum vetustissimae etiam membranae praferunt: manus quas Graci cyras vocant. ita etiam apud Adelnum in veteri codice, vel potius veteris exemplaris apographo, quem à Franc. Jureto habui, scriptum esse memini:

Pulca comis cyrisque decens, & candida vultu.

ad oram vetus Glossa erat apposita: cyris id est manibus. in editione Caninii vulgatum est: cirrisque decens. chirographi igitur Thyni, sunt anuli Thy-

ni signatoriis sculpturae Bithynicae. Ut sindones aut vestes in Bithynia testi solitas accipiantur, qua ratione possumus induci? quis veterum meminit vestium Bithynica texture nobilitatarum? At Thyni anuli ex politura Bithynica celebres & nominatis. de quibus leguntur versus apud Isidorum ab omnibus fere doctis diversis temporibus, tacti tentatique, nunquam tamen recte emendari. eos ponemus, ut legi emendarique debent:

Lucentes, mea vita, nec smaragdos:
Berillos mibi, place, nec niuenti:
Nec per candida margarita quo:
Nec quos Thynia lima perpolicit
Anillos; nec jaspis lapillos.

chirographos olim legebam in versibus Catulli. nunc placet magis, cirographosque Thynos, hoc est carraphos, & ceram imprimentes, & signantes annulos accipi. κηργάρα. Φον est de cera pictum. κηργάρα autem quod ceram pingit & signat vel charaxat; quod anulorum signatiorum est proprium. certe de Thynis analis intelligendum illum Catulli locum nemo nisi nullius rei prorsum intelligens possit infinitias ita.

CASAUBONUS.

¹ Uxori & filiae annulum sigillaricum quasi privatus instituit.] Fero privatum: sed non penitus damno quod placuit aliquando, quasi privatio. De annulo signatiorio omnia jam pueris nota. ejus cura proprie ad matres familiæ pertinuit: quod igitur ait de filia, potest intelligi de grandiore natu & in matrimonio collocata.

² Servis suis vestes easdem imperator quas & privatus dedit.] Lampridius idem in Alexandro Severo.

I. Erat

nem, qui post eum ex senatus sententia manumissi sunt. ¹ Erat quidem rarus in voluptatibus, sed miro modo mimis delectabatur: ² vehementissime autem delectatus est Phagone, qui usque eo multum comedit ut uno die ante mensam ejus aprum integrum, centum panes, ³ vervecem & porcellum comedederet: bi-

wether.

beret

¹ Erat quidem rarus in voluptatibus.] Spectaculis ludorum raro intererat.

SALMASIUS.

² Vehementissime autem delectatus est Phagone.] Scribendum: phagone, phago, phagonis, est edax. Plauti fabula erat: Phago. Graci, φάγος dixere. Latini ex Graeco Phagone. φάγος autem Gracis & cibum & edonem significat. unde in vita monachorum: φάγος ἵπερινος, αὔτος οὐ τύραννος οὐδέποτε. sic habetur apud Isidorum, qui phagom quoque pro cibo vult usurpari in Glossis. sic iidem Graci τὸν φάγον, & errorem & erronem appellarunt. sic τὸν πέμπον, & de emanſore, & de emanſione dixerunt. Hesychius: τρεῖς ἡ φάγος. Moschopulus: τρεῖς ἡ Φιλοσοφία οἱ πολλαὶ ἐθνίσεις, οὐτε οἱ κριώδεις φάγοι. polyphagum maluit dicere Suetonius, de simili phagone qualis hic à Vopisco narratur in deliciis Aureliano fuisse: creditur etiam polyphago cuidam Aegyptii generis crudam carnem & quisquid daretur mandere afferto, concupisse viros homines laniandos absimendos que obijcere. φαγέων εργον comicis veteribus dicti homines polyphagi. φαγκυριον apud Palladium in historia Lausiaca, quasi dicas magistrum comedonem. Gemiae dicuntur Lucillio vocē Græca. nam γέμων ἡ γέμων, ut βλέπεται βλέπω, & similia multa quæ linguam Atticam docti non ignorant. inde γέμων, pro comedone, & qui celocem faburrat. Nonius: Gemiae, gulosi, quæ vox temere sollicitatur à doctis. Hesychius: γέμων,

γέμων, ταλάρων. inde γέμων, glomus lanæ, recentioribus Gracis: quam vocem non intellexerunt in glossario Græcobbarbo. γέμων & γεμέων pro eodem dixerunt. ho- dierni Graci γεμέων dicunt, sed hæc alias. κακόφαγοι etiam dicti Gracis gulosi. Glossarium vetus: cibida, κακόφαγοι. ita enim ibi scriben- dum. alio loco γεμέων, γελata- res exponuntur. cibicida igitur est gu- losus & comedo, à cibo cædendo; non autem scissor vel carpor cibo- rum, ut ad Martialem accepere. Hinc saginam cædere apud Plautum, quod hactenus variis expositionibus erudi- torum virorum fuit obnoxium, nec- dum in veram incidit, ita dictum est, & eodem plane sensu, quo ci- bum cædere, à quo cibicidae, pro ede- re scilicet, & cibum dentibus con- truncare. nam sagina est cibus. unde saginare est στίγματα & καλλιένειν. saginæ Symphosio in ἀνιγμatis sunt glan- des quibus porci saginantur:

Setigeræ matris sœcundanatus in alvo.
Desuper ex alto virides expedito saginas.
Hinc saginidas liceat dicere elegan- tissime, qui cibicidae Lucillio appella- ti: Viginti domi an triginta, vel centum cibicidas alas. μάρκας etiam & μαροπίππος hujusmodi cibicidas Graci vocant, hoc est saccos. Hesychius: μαροπίππος, γεμέων, στίγματα. plures gulosorum denomina- tiones si quis requirit, frustra requiri- rit. non nobis enim propositum est alias adhicere, quam quas posuimus. nam & has quoque posuisse nimium fuit.

³ Vervecem & porcellum.] Optimus liber;

funeral beret autem infundibulo apposito plus orca. Habuit tempus, præter seditiones quasdam domesticas, fortunatissimum. Populus autem Romanus eum amavit: ^{tan} senatus & timuit.

Liber: *berbicem & porcellum*. sic enim scriebant, *berbicem pro verce*. quod in multis calamo exaratis libris etiam antiquissimis quibusdam, & optimæ notæ reperitur.

¹ Senatus timuit.] Idem liber: se-

natus & timuit. recte. Populus Romanus Aurelianum amavit. senatus etiam timuit.

GRUTERUS.

¹ Senatus & timuit.] Immisi copiam, præente Palatino.

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

T A C I T U S.

¹ **Q**UOD post excessum Romuli novello adhuc Romanæ urbis imperio factum ³ pontifices, ⁴ penes

quos

CASAUBONIUS.

¹ **T**ACITVS.] Melius hic liber inscribatur, Tacitus & Florianus. nam uno libro utrumque se comple-xum indicat illis verbis: *Ne quid deferset cognitioni, plerasque hujusmodi epistles in fine libri posui.*

² Quod post excessum Romuli nov.] Aurelius Victor: *Tantum ille vir severitate atque incorruptis artibus potuit, ut ejus necis auctoribus exitio: pravis metui: simulata dubiis: optimo cniique desiderio: nemini insolentie aut ostentationi effet: atque etiam soli, quasi Romulo, interregni species obvenit, longe vero glorioſor, ubi codicis hiatum notavimus, desideratur vocabulum mors, aut simile aliud, sine quo ruit perio-dus tota.*

³ Pontifices penes quos scribenda historiae potestas fuit.] M. Tullius De oratore lib. II. Erat initio historia nihil aliud, nisi Annalium confessio: cuius rei memoriaeque publicae retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum, res omnes singulo-

rum mandabat literis pontifex maximus: referebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: iisque etiam nunc Annales maximi nominantur.

SALMASIUS.

² Quod post excessum Romuli.] Nec defectus, nec vitium est in verbis Aurelii Victoris, quæ nos ita legimus: *Tantum ille vir severitate, atque incorruptis artibus potuit, ut ejus necis auctoribus exitio: pravis metui: simulata dubiis: optimo cniique desiderio: nemini insolentie aut ostentationi effet: ait necem Romuli, auctoribus exitio fuisse, pravis metui, &c. necis vel necis, ut legebatur in exemplari, pro nex. & multa alia sunt in illo auctore nova lectionum locutionumque exempla, de quibus alibi dicendi locus. nec igitur pro nex, ut grues pro grus apud Phædrum: *lupus & grues. Glosa: Grues, γριας ον. sic seps & sepes.**

⁴ Penes quos scribenda historiae potestas fuit.] Interserit vocem vetus editio,

quæ